¶ Aliud aduerbiū ē ly cōtingēter speciāl̄r captū: qđ exponit p vnam copulatiuā de ly possibil̄r ⁊ possibil̄r nō. vt hec sortes cōtingēter currit expōit sic: sor. possibil̄r currit: ⁊ sor. possibil̄r nō currit. Uel p vnā catego. sic sor. possibil̄r ē ēt possibil̄r nō ē currēs. Et eius cōtradictoria nō cōtradicto expont dz. vt pz in. 1. tracta. lcōe de modalib⁹.

¶ Anpli⁹ aduerbia nūeralia a plurimis iter exponibilia signa enu nerātur q̄lia sunt. bis: ter: quater ⁊c.

¶ Pro quoꝝ expositione nota talia signa aliqn̄ denotare geminationē: vt qn̄ dicim⁹ bis q̄ttuor sunt octo. Aliqn̄ denotāt multitu linē vicisi. Et hoc dupl̄r aliqn̄ enī īportāt plures vices cū iterruptio ⁊c. Ubi: hac nocte pusq̄ bis gall⁹ vocē dederit ter me es negaturus. Marci. 14. Ubi ly bis ⁊ ly ter dicūt interruptionē. Et tūc ꝓpō vbi tale aduerbiū ponit̄ exponit̄ dupl̄r. s. vel p categoricā vel hipotheticā. Exēplū pmi hec bis percussit Judich holofernē exponit̄ sic: vtraq; duaꝝ viciū distinctaꝝ percussit iudich holofernē. Et ista ter cucurri sic q̄lz triū viciū distictaꝝ cucurri. Exēplū scdi hec ter verberatus sum exponit̄ sic semel aliq̄ tpe verberatus sum ⁊ post aliq̄ tpe nō fui ces⁹ ⁊ iteꝝ fuit cesus ⁊ post aliq̄ tpe nō fui cesus ⁊ iteꝝ fui cesus. Aliqn̄ vo dnotat multiplicitatē vel reiteratiōē absq; iterruptione. Unī ista cōcedit̄ a theologis xp̄s ē bis nat⁹. s. in eternitate ⁊ i tpe. Et tn̄ natiuitas eꝛnitatis nūq̄ fuit iterrupta sicut nec erit. Ut pz in. d. 8. 3. pte. q. 35. ar. 2. ad. 4. Et. 3. d. 8. q̄ ar. 4. q̄. Articula. 2. c. Et tūc ꝓpō i q̄ ponit̄ aduerbiū nūerale exponēda est ad instar huius. s. ter deābulaui aulā. idē semel deābulaui aulā ⁊ iteꝝ deambulaui aulam eādē: et iterum deambulaui eandē aulam.

¶ Solet etiā expositio ꝓpōnū de ablatiuo absoluto hic ptractari quaꝝ sens⁹ vel expositio quadrupl̄r dari pōt. s. p ly si: p ly q̄: p ly q̄: ⁊ p ly dū. Un̄ hec ꝓpositio: sol elucēte dies est. Potest exponi sic: si sol lucet dies est: sol lucet ergo dies est: q̄ sol lucet dies est: dum sol lucet dies est. Sicut dicitur in pmo tractatu. Consil̄r dicatur de hac: aīa sedendo ⁊ quiescēdo fit sapiens.

¶ Sequitur de exponibilib⁹ fm scotū ⁊ noīales.

In libris sententiaꝝ ⁊ in libris aliis artiū multa posuit subtilis doctor ad exponibiliū materiā ptinētia. Et circa exclusiuas specialr̄ posuit aliq̄ i pmo sent. d. 21. notāda. Ex qb⁹ ponētur aliqua q̄ sequūtur.

¶ Pmū ē q̄ ly sol⁹ si sumat̄ categorematice non ponit̄ i diuinis si sincategorematice hoc pōt eē dupl̄r q: vel ꝯpat̄ ad essentiale. i. ad cōe trib⁹ ꝑsonis ⁊ tūc hec est falsa simpl̄r sol⁹ pr̄ est de⁹. Si vo ꝯpat̄ ad ꝑsonale. sic ista est vera sol⁹ pr̄ gn̄rat: in primo aduersatur aliquātulū. d. 8. dicēti hāc esse distinguēdā. s. tm̄ pr̄ est de⁹ eo q̄ ly tm̄ pōt excludere masculinē: vel neutral̄r. Primo mō erit hec scda exponēs null⁹ ali⁹ a patre ē de⁹: ⁊ tūc est falsa. Scdo mō est vā q: scda exponēs est hec nihil aliud a patre ē de⁹. Dixi scotū aduersari. d. 8. aliquātulū q: n̄ō oīno sunt ꝯrie opiniones eo q̄. s. d. in fine articuli. 4. q. 31. pme ptis dicit sic: hec dictio solus ꝓpe respicit sūm ⁊ ideo magis se hz ad excludēdū ali⁹ q̄ aliud ⁊ ideo nō est extēdēda talis loquutio sz pie exponēda sicubi reꝑit̄ i aliq̄ autētica scriptura: vn̄ licet ꝑfatā ꝓpōnē in rigore potis⁹ sortiri fl̄itatē q̄ veritatē.

¶ Scdm qđ ponit̄ a doctore subtili est ꝓpōnē exclusiuā sufficiēter exponi p solā scdā exponētē: qua scda exponēte conuersa simpl̄r ⁊ postea arguēdo ab ea ad vnā vl̄em affirmatiuā i variato predicato penes infinitū ⁊c. ꝓbat ab exclusiua ad vl̄em de t'mis transpositis esse bonā ꝯn̄am sicut supra largi⁹ dictū fuit. Sed hoc tertiū dictū (salua reuerētia tanti doctoris) nō potest (vt mea fert opinio) sustineri: hoc pz. Nam casu quo nullū ens in mūdo currat hec est falsa tm̄ hō est currēs ⁊ exponēs vera. s. hec nullū nō hō est currēs. Exponibilis falsitas pz p vl̄em suā de t'mis trāspositis. Exponētis vero vitas p sue ꝯdictorie falsitatē. Colligit̄ q̄ dictā exponētē nō elucidare itellectū totū exponibilis cui⁹ oppositū assenerauit prefatus subtilis doctor vbi supra. Ubi etiā ponit aliq̄ circa suppositionē t'ꝫoꝝ in exclusiuis dicēs subiectū ꝓpōnis exclusiue nō supponere simpl̄r respectu exclusionis ⁊ ꝑsonal̄r respectu p̄dicati sz semꝑ stare ꝯfuse tm̄ ꝑsertim in t'mis significātib⁹ creaturas: pro cui⁹ euidētia videat̄ p̄dicta distinc. s. 21 in cui⁹. q. argumēto. 4. dr̄. qual̄r ab exceptiua valeat ꝯn̄a ad exclusiuā affirmatiuā pmi ordinis vt hū valet nullū ens nisi substātia existit ḡ sola substātia existit.

¶ Circa reduplicatiuas ponit special̄r in. 3. sent. d. 11. q. 2. in. c. hanc regulam q̄cūq; ꝓpō aliqua affirmatiua est falsa ex repugnātia extremoꝝ nō reddit̄ vera p aliquā reduplicationē sup additā: nisi talis reduplicatio tollat talis repugnātie rōnez: bn̄ tn̄ talis ꝓpō pōt reddi vera si extremo illi⁹ addat̄ aliq̄d diminuēs vel distrahēs tale extremū ne alteri repugnet. Un̄ hec ꝓpō falsa ethiops est alb⁹ reddit̄ vā dicēdo ethiops ē albus fm dētes ⁊ ex q̄ ꝓpōne infert hāc ꝓpōnē: xp̄s fm q̄ hō ē creatura ē falsā. Si ly fm qđ sumat̄ reduplicatiue. Est aūt vera si sumat̄ specificatiue vel diminutiue et adhuc ē exponēda (vt ꝑfat⁹ doctor ait) p hāc xp̄s fm humanitatē ē creatura. Huic aūt assertioni videt̄. d. e. aduersari. 3. pte. q. 16. ar. 10. in. c. vbi dicit̄ hāc eē verā xp̄s fm q̄ hō ē creatura. Mō tn̄ ly scdm q̄ reduplicet ly hō formal̄r sumptū ⁊ nō material̄r. i. p natura: nō pro supposito. Et expōit̄ articul⁹ ille a doctissimo cardinali cayetano: vbi ⁊ soluit rōnē scoti illi maxime vel regste intētē. Aduertito tn̄ tūc talē ꝓpōnē nō dēre exponi fm cōez modū exponēdi reduplicatiuas: q: tūc oēs exponētes p̄ter scdā essent false vt ꝑspiciēti liq̄t. Mod⁹ aūt q̄ dēat expōi pōt̄ i. 2. pte eo q̄ necesse sit radicit⁹ explanare differētiā inter ly fm qđ qn̄ tenet̄ reduplicatiue ⁊ specificatiue. Et an sit verū ly fm qđ posse sumi diminutiue: dico notāter fm q̄ q: d ly fm liq̄dū ē apte cū dicim⁹ ethiops ē alb⁹ fm dētē: nō tn̄ fm q̄ dens.

¶ Circa ꝓpōnes de incipit in eodē. 3. sen. d. eadē. q. 3. ponit q̄ sine ꝯsiderādam ꝓpōnib⁹ ex p̄dictis vbis ꝯstitutis: qb⁹ enodatis asserit hāc posse ꝯcedi: xp̄s incepit eē: ⁊ hāc iste hō icipit eē: xp̄o dmōstrato: q̄ tn̄ due ꝓpōnes negāt̄ a. d. 8. 3. pte. q. 16. ar. 9. ⁊ ab oīb⁹ noīalib⁹ asserētib⁹ pri⁹ subiectū prie ꝓpōis eē resoluēdū: sicut in oīb⁹ aliis: vbi sbā sunt resolubilia. Et a scda ꝓpōne dz remoueri ly hō: eo q̄ fm eos sic t'ꝫs ꝯnotatiu⁹. Dn̄s autē durandus affirmat tales ꝓpōnes nō esse absolute ꝯcedēdas vel negādas sz distiguēdas vt pz i. 3. sen. d. 11. q̄ oīa in. 2. pte elucidāda reliquūt: eo q̄ materia sit ⁊ tyrūculoꝝ captū excedēs ⁊ pl⁹ tēporis desiderās.

¶ Circa ꝓpōnes de differt ⁊ aliud ab ponit aliquot notāda in pmo sentē. d. 4. q. vnica ⁊ in aliis locis p̄allegatis. Ut debis simil̄r Reuere. gn̄ralē ordinis minoꝝ fartrem Frāciscum Lichetū locis supra dictis.

¶ Nolales etiā in hac materia q̄ ad ea q̄ logicā p se respiciūt: nec nobis aduersātur: nec nos illis: nisi forsan in expositione illi⁹ ꝓpōnis: xp̄s incipit hō est creatura: qn̄ fit reduplicatio rōne nature. Sed hoc in. 2. parte (vt ꝓmissum est) discutiēdū relinq̄tur. Illo fauēte in cui⁹ ꝑspectu ab eterno ꝯsciētie nr̄e exposite sunt. Qui viuit ⁊ regnat in eternum ⁊ vltra. Amen.

¶ Ad cuius laudem prima pars paruorum Logicalium hic finitur.

¶ Incipit secunda pars introductionum logicalium, edita a fratre Augustino Sbarroya in sacra theologia presentato.

Expleta et finita prima parte introductionum harum, restat (put in p̄fatione p̄missum est) secūdam breviter trāscurrere. Non autē eā multis sophisticis rationibus, aut argumentis puerilibus vel inutilibus onerabo. Sed quedam solutiora, et i hac materia utiliora p̄ponam, et circa ea q̄ in prima p̄te pertractata sunt quasdam questiunculas vētilabo. Sit igitur earū questiuncula prima hec.

¶ Questio. i.

An scilicet doctrina in parvis contenta sit logicis necessaria? Et vr̄ q̄ non.

¶ Primo, nam beatus augustinus fuit in logica peritissimus: adeo ut beat⁹ ambrosius sepius dep̄carēt deū ut eū a logica augustini liberaret: et similiter multi alij viri doctissimi: et tā tunc tēporis hec doctrina non erat inventa, q̄.

¶ Secūdo, aristoteles (secundum omnes) p̄fecte nobis tradidit notitiā logice: et tā ipse nō edidit parva hec de quibus queritur: igitur.

¶ Tertio, rōne istorū parvorum et regularum in eis positarum multe p̄pōnes cōcedūt q̄ tā q̄ false a viris sanctis reprobarentur: igitur.

¶ Sed cōtrariū persuadetur, eo q̄ si hec parva necessaria minime forent: nō tā̄ laboris assumpsissent p̄itissimi quiq̄ logicorū p̄ eis elucidādis tot plicas papiri adimplentes: igitur.

¶ Pro. q. solutione premitto titulum questionis dupliciter posse intelligi. Uno modo ut q̄rat, an notitia parvorum quoad eorum substātiam sit necessaria. Alio modo, an sit p̄tractanda eo pacto. s. tam abunde et p̄olixe ut nunc communiter fit. Si primo mō intelligatur respōdēdum est affirmative: quod sic p̄suadetur. Nam liquidum ē logicam principalr̄ versari circa argumentorum formationem et paralogismorum solutionem ut veritas et falsitas dignoscant: constat autem hec non posse fieri, nisi prius terminorum significationes et eorum suppositiones et ampliatiōes et restrictiōes: etc. cognoscāt: q̄ oīa in parvis tradūt: igit. Si vero secūdo mō intelligat, r̄ndet negative: ut cuilibz advertenti patet.

¶ Ad argumentū primum p3 solutio ex dictis. Beatus enim augustinus et omnes alij qui magni logici fuere perfecte habuerūt parvorum notitiā primo modo, quoad ea. s. que necessaria erant ad reliquas logice partes et ad ceteras scientias p̄discendas. licet non eo ordine: seu modo quo nunc traduntur. Et utinam deinceps sic fiat. Factum est enim multorum abusu, ut cū logica sit sciēdi mod⁹ ipsius iā nullus sit modus: et sit est modus, est in ea nullum habere modum. Consumitur enim totū mentis robur in his tricis et alijs similibus perdiscendis: et tādē cū ad sacras literas devenitēdum ē, nulle nec ingenij, nec memorie suppetunt vires.

¶ Ad secundum negatur secūda pars añtis: vl̄ distinguo eam. s. q̄ philosophus nō fecerit parva: vel edendo specialē tractatum: et sic p̄cedo: vel miscēdo ea multis tractatibus: et sic nego. Et licet non adeo p̄fecte illa tractaverit ut nunc fit, sat est illum posuisse principia ex quibus plurima eliciūt, vel quibus alia sup̄addi potuerūt q̄ nō parū fuit: cum principium (ipso philosopho testāte) sit plus q̄ dimidium rei. Et si quoetas vñ extrahitur parva hec a philosopho: Rñdet q̄ tractatus terminorum extrahit ex antepredicamētis, et ex p̄ncipio p̄mi p̄hiermenias: et ex principio priorum. Tractatus ascēsus et descēsus ex libris thopicorum: vbi determinat de inductione. Tractatus ampliationum, et restrictionum ex libris elenchorum: p̄sertim ex tertio mō fallatie equivocationis. Tractatus appellationum trahitur ex p̄dicamēto substātie: vbi dr̄ q̄ secūda substantia vr̄ significare hoc aliquid sub appellationis figura: nō tā idē vr̄ signare q̄ prima: sed aliter appellat: et maxie trahit ex elēchis, vbi dr̄ nō valere, conogsco coriscum: et corisc⁹ est veniens, ergo conosco venientem. Tractatus exponibilium trahit ex multis locis philosophi, vbi ponit propositiōes exponibiles: ut patet in libris priorum. Tractatus obligationum trahit ex p̄mo p̄orum: et ex nono methaphi. vbi dicitur p̄si posito inesse nullum sequi impr̄e. Tractatus insolubilium trahitur ex quarto metha. vbi dicit, accidit utiq̄ ut famatum est quasdam p̄positiones seipsas destruere. Tractat⁹ p̄ñarum trahitur ex primo priorum circa finem: et ex secundo thopicorum.

¶ Pro tertij solutione sciendū. Primo q̄ nulla ars secundum se est causa alicuius defect⁹ seu erroris, sed per accidens tantum: scilicet eo q̄ aliquis ea male utat vel applicat regulas illius vbi non oportet: vel q̄a ob defectum luminis naturalis non percipit sensum regularum: vel ob aliquid aliud huiusmodi. ¶ Secundo sciendum, quod ars tunc consideratur secundū se, quando consideratur prout est in intellectu non errante. Unde si unus habeat plures regulas quas ipse arbitratur veras et pertinentes ad logicam. Si alique earum sint false vr̄ male, tales nō p̄tinēt ad logicā sed ille hñs decipit in hoc. Nam nulla regula falsa. r. mala p̄tinet ad artē: cū omnis ars sit q̄dam recta ratio exñs in mēte. Uñ si aliquotiēs medicus erret in medicinis applicādis: ob hoc nō est scientia vituperanda: sed d̄bilitati talis ingenij humani talis d̄fect⁹ imputād⁹ ē et sic de omnib⁹ p̄portionabilr̄ dici pōt. Et quo p3 solutio ad argumētū. Nā si regule reperiant in aliquo doctore repugnātes veritati tales potius sunt regule errorum q̄ parvorum logicalium.

¶ Questio. 2.

Circa dicta de p̄ñtijs q̄ritur. An iste cōsequentie sint bone, homo currit, q̄ deus est, deus nō ē: ergo deus ē? Et p̄bat q̄ sic: quā tal

se habent quod est impossibile ita esse sicut significatur per antecedentia earum / quin sit ita sicut per ɔ̄ña significatur: igitur.

¶ Sed contra inter earum antecedētia ɔ̄ña nulla ē habitudo / ergo ɔ̄ñe nulle sunt.

¶ Respondetur quod ad hoc ē duplex modus dicendi. Unus est communis tenēs tales ɔ̄ñas ⁊ omnes alias in quibus vel añs ē impl̄e: aut ɔ̄ñs necessarium eē ɔ̄ñas bonas: eo q̄ eis conuenit diffinitio bone ɔ̄ñe. Alius ē huic contrarius tenēs in omni bona ɔ̄ña requiri vt inter añs ⁊ ɔ̄ñs sit aliq̄ habitudo: ac ꝓinde negat sufficere ad bonitatē cōsequētie q̄ añs sit impl̄e vel consequens necessarium. Et probat hoc multipliciter. ¶ Primo per argumentum in contra. ¶ Secūdo autoritate philosophi dicentis q̄ vnum contradictorium non potest sequi ad alterum: vt patet scd̄o priorum. ¶ Tertio ducendo ad inconueniēs. Nam si hoc eēt verum / seq̄retur q̄ philosophus nil probaret quarto phisicorum vbi improbat opinionem tenētiū totā resistētiā ꝓuenire ex pte medii sic dicēdo. Si tota resistentia eēt ex parte medii / sequeret̄ q̄ si aliquid moueretur per vacuum q̄ illud moueretur in instā i / ɔ̄ñs ē impl̄e: igitur tota resistētia non ē ex pte medii. Quod aūt sequatur hanc ꝓbationem eē nullam pȝ: q̄ī añs ē impl̄e. s. q̄ vacuum sit: ⁊ tunc ex eo sequitur q̄d̄libȝ p aduersariū. ¶ Quarto hec ɔ̄ña ē bōa / si chimera eēt cōceptus chimere supponeret pro illa: ⁊ hec ē mala / si chimera eēt conceptus hominis supponeret pro illa: ⁊ tamen in vtraq; añs est impossibile: igitur hoc non sufficit. ¶ Quinto probatur ex communi hominū sensu. Nō enim apparet vt quis cōcēdat / q̄ si homo eēt lapis homo eēt deus: aut q̄ si homo eēt equ⁹ eēt equ⁹ ⁊ non eēt equus: igitur. ¶ Argumētum autē factum cōtra hāc opinionem quod est primum / soluit a tenente hanc opinionem glosando diffinitionem bone ɔ̄ñe. Dicit enim sensum diffinitionis esse: q̄ posito añte in eē ꝑ pte vel impl̄e / necessario poni dȝ ⁊ ɔ̄ñs: q̄d nō fit in ꝑfatis ɔ̄ñtiis. Nā si ꝑ impl̄e dic⁹ nō eēt / homine quiescēte añs esset verum ⁊ ɔ̄ñs falsum.

¶ Mihi autem videtur in hac materia duo posse dici. Primum ē hāc disceptationem principaliter circa nomē cōsistere. Pro quo sciēdū totū aggregatū aliq̄d in quo ponit̄ aliqua nota ɔ̄ñalis / tripl̄r se posse hr̄e. Uno mō vt ei⁹ vna ꝓpō aliquo mō includat aliā ⁊ tal̄r q̄ assensus illius sit causa assensus alteri⁹. Alio modo vt includat aliam: sed nullo mō probet eam vel causet illius assensum. Tertio modo vt nec probet eā nec eam includat: sed sic ad eam se habeat vt impl̄e sit ita esse sicut significatur per illam ex qua secundū modum enuntiandi denotatur alia inferri: quin sit ⁊ ita sicut significatur per illam que denotatur inferri ex altera. Est ergo discrimen inter opiniones circa hoc / q̄ prima vocat consequētiam bonam omne illud aggregatum in quo aliquod ꝑdictorum trium reperitur. Altera vero solum illud in quo reperitur vnū duorū primorum: ⁊ sic prima opinio dicet ɔ̄ñas positas esse bonas / secunda vero non. Et tres gradus positi patent in istis exemplis / sortes currit: ergo homo currit hic ē primus gradus / sortes est equus / ergo homo est equus: hic ē scd̄us / hō ē equ⁹ / ꝗ celum rutilat: hic ē tertius. ¶ Scd̄m dr̄ / q̄ pōt defendi ad impl̄e sequi quodlibet: ⁊ necessarium sequi ex quolibet: etiam tenendo q̄ ad bonam consequentiam requiratur aliquo modo cōsequens habere habitudinem ad antecedens: si tamen fundamenta duo admittantur. ¶ Primum est / q̄ omnia absolute necessaria sint equaliter necessaria: ⁊ omnia impossibilia absolute equaliter impossibilia: logice loquendo. i. considerata formali ratione necessitatis ⁊ impl̄itatis / non cōsiderata re que dicit̄ necessaria / secūdum q̄ est causa talis necessitatis. Nam sic considerat̄ phisice vel methaphisice. Et posset persuaderi sic: quia necessarium absolute ē tale / quia excludit omnem contingentiam: ⁊ impossibile absolute quia excludit omnem possibilitatem / ergo inter necessaria absolute nō reperitur magis nec minus: nec etiam inter impossibilia. ¶ Secundum ē / q̄ in talibus consequētiis / subintelligantur iste maxime scilicet / de similibus idem ē iudicium. Si id quod minus videtur inesse inest / ⁊ id quod magis vel alie huiusmodi. Tunc hec pꝛ̄tio ꝓ̄sua detur sic. Et primo quoad illam ptem. s. q̄ ad impl̄e sequitur quodlibet.

¶ Primo sic / tale impossibile implicat contradictionem: ergo ad ipsum sequuntur duo contradictoria: ergo sequitur quodlibet. Prima consequentia tenet. Nam non potest aliter probari aliquid implicare contradictionem: nisi quia ad ipsum sequuntur duo cōtradictoria. Secunda consequētia sic probat̄: magis repugnat vna ꝓpō sue contradictorie q̄ cuilibet alteri / ergo ꝓpō q̄ inter duas tam repugnantes inferet quālibet aliam: cū ois alia minus repugnet cuilibet pti cōtradictionis q̄ ambe ptes inter se. Et loquor de impl̄i quod est propositio categorica.

¶ Secundo probatur de impossibili hypotetico sic / ista ɔ̄ña ē bona / si sortes est ⁊ sortes non est / baculus ē in angulo / ꝗ conclusio vera. Cōsequētia vero sic ꝓbat̄. Si id quod min⁹ videtur ineē inest: ⁊ id quod magis sed minus videtur eē verum q̄ due contradictorie ponātur simul q̄ q̄ baculus stet in angulo / ꝗ si primū ponatur / poni debet secundum: ⁊ hoc ē quod dicit illa cōditionalis: igitur.

¶ Tertio probatur vniuersaliter. Si añs ē impl̄e: tūc vel cōsequēs ē etiam impl̄e / aut necessarium: aut contingens. Si primum cōsequētia tenebit per illam maximam. De similibus idem est iudicium. Unde hec cōsequētia erit bona / si lapis est homo lapis est deus. Si secundum / tenebit per illam maximam. Si id quod minus videtur inesse inest ⁊ id quod magis: sed antecedens est impossibile ⁊ ponitur esse sicut dicitur / ergo multo amplius sic erit sicut dicit consequens / cum sit necessarium. Si vero cōsequēs sit contingēs per eandē maximā tenebit: ergo si añs ponat̄ / ponidȝ ⁊ consequēs. Rationabilius. n. ē vt ponat̄ q̄d ē cōtingēs / q̄ id quod est impossibile.

¶ Proportionabiliter probari potest q̄ necessarium sequatur ad quodlibet: quia aut añs simpliciter ē necessarium / vel impossibile: vel contingens: si primum consequentia tenebit: quia de similibus idem est iudicium: ⁊ per consequens non erit potior ratio q̄ ponatur vnum q̄ aliud in hoc quod est esse verum. Si secundum vel tertium tenebit per illud dictum. Si id quod minus videt̄ ⁊ cetera ¶ Et tenendo hoc ad argumentum in oppositum / posset negari in propositis consequentiis nullam esse habitudinem. Est enim semper habitudo / vel similitudinis vel maioris vel minoris rationis penes esse ita / vel non esse ita

Est tamen hic summe aduertendum / quod in omni propositione impossibili vbi non explicatur sed implicatur contradictio / semper ponit̄ explicite vna contradictoria / alia existēte oculte in visceribus ei⁹. Et ob hoc si ex illa explicita inferat̄ id q̄d

sequeretur ex illa si esset possibilis/reputatur esse ꝯña bona Si vero inferat id qđ sequit̄ ex altera ꝯ. licet ibidem inclusa reputat̄ mala/quia nõ statum intelligitur ad uerit circa illã. Per ergo resolutionẽ q̃si in ꝓpõne impossibili ꝯsideret̄ vna pars ꝯtradictiõis illa. s. q̃ ponit̄ explicite/nõ ex tali ꝓpõne sequitur quodlibz/sed illud qđ seq̄ret̄ si talis ꝓpõ eẽt vera. Et isto modo intelligẽdus ẽ philoso. primo phisico. qñ negauit hãc ꝯñam/si infinitum ẽ illud ẽ immobile:lz eius añs esset impl̄e/ et alij doctores qñ sic arguunt. Si vero ꝯsideret̄ propositio vt impossibilis est absolute/ad illam sequit̄ q̇dlibet vt dictum est. Vñ colligit̄ in omni impossibili absolute reperiri duas rationes. Unam implicitam et particularem: et est illa que implicatur in ꝓpõne impl̄i. Alia est communis. s. inquantum est impossibile quoddã includens ꝓpões contradictorias in se: et in hoc conuenit cũ omni alio impossibili. Et licet ex ratione p̄ma nõ inferat quodlibet: bene tamen ex secunda. Consimil̄r dici potest de necessario. Si. n. cõsideret̄ necessariũ solũ inquãtum est verum/dicẽs hoc esse vel hoc esse tale: nõ videtur ipsum sequi ex quolibet/sed solum sequi videtur illud necessarium quod etiam sequeretur ex ãnte/si tale necessarium esset contingẽs. At vero si ꝯsideret̄ tale ꝯñs esse necessarium absolute: oppositum apparebit. Defendẽdo igit̄ hũc modũ respõdetur ad argumẽta aduersarii totum.

Ad primum igitur quod est argumentũ

in cõtra negat̄ añs. Et habitudo prime ꝯñe elucidatur sic. Bene valet/homo currit/ergo homo est/homo est ergo deus est/g̃ de primo ad vltimum homo currit/g̃ deus est. Prima consequentia tenet a propositione de est tertio/ad propositionem de/est secundo. Secunda tenet/quia si id quod minus videtur esse/est. et id quod magis.

Amplius p̄fata ꝯña sic ꝓbat̄/homo currit/g̃ homo mouet̄/homo mouet̄/g̃ motor est: motor est/ergo deus ẽ ergo d primo ad vltimum hõ currit g̃ deus ẽ. Prime due ꝯñe sunt note: tertia pz ex philosopho ꝓbãte illã in octo libris phisicorum.

Itẽ sil̄r ꝓbat̄ sic/homo ẽ/ergo ẽ a se. l. ab alio: si a se ergo ipse est deus/quia solus deus ẽ a se/g̃ si hõ ẽ/de⁹ est/si ab alio vel illđ aliđ est a se vel ab alio. Si primũ/illud est deus/ergo de⁹ est: Si ab alio iterum queratur eodem modo: et tamen nõ est procedendum i infinitum/ergo deueniendũ ẽ ad aliquid quod non est ab alio/ et illud est deus/ergo deus est. Qualiter aũt per has consequentias probetur deum esse/videatur doctor s. pri. pte. q. 2. art. 3. Qñ aũt dr̄ deus esse a se: intelligitur negatiue. i. non ab alio. Consequentia. 2. explanatur sic/hec ꝯña est bona/deus est et deus non est: ergo deus est: ergo et ista/deus non est: ergo deus ẽ. Antecedẽtis veritas ẽ liquida/ꝯña vero probatur/qui dicit deum dicit deum esse: ergo qui dicit deum non esse/dicit deũ esse: et illum non eẽ. Antecedens patet: quia de conceptu quidditatiuo dei est eẽ/ita q̃ impossibile sit deum intelligi quin intelligatur deum esse. Qualiter hoc intelligam infra dicam: et sic si deus diffiniretur/per existentiam deberet diffiniri. Unde ipse gloriosus deus q̃si diffiniens seipsum dixit/exodi tertio capitto. Ego sum qui sum. Et moysi dixit vt responderet filijs israel si quererent quis misisset illum/qui est/misit me ad vos: ac si dixisset/illud ens cuius essentia est existentia misit me ad vos. Ualet ergo bene/deus non est: ergo deus qui est/non est. Ultra deus qui est non est: ergo deus est et deus non ẽ. Ultra/ergo deus est. De prima et vltima consequentia non ẽ difficultas: sed de ꝯña media ẽ dubium/quia ista cõsequẽtia ẽ nulla: sortes q̃ est non ẽ: ergo sortes ẽ: et sortes non ẽ. Nam in casu q̃ sortes non sit in mundo/antecedẽs ẽ verum et ꝯñs falsum. Dicitur autem q̃ licet ista consequentia sit nulla/prima est optima. Et ratio est/quia antecedẽs isti⁹ ꝓdatur verum, eo q̃ implicationõ sit de intellectu sortis/et potest a sorte separari: et sic nõ ponitur ly qui est: rãquam constantia: quod si fieret bene valeret/ vt patet si diceretur sic/sortes qui est non est: et sortes est ergo sortes est et sortes non est. Hoc elucidatur sic/si ponatur ly. a. ad significandum incomplexe sortem conotando illum existere nõ per modum implicatiõis sed per modum cõstantie/liquidum ẽ tunc hanc consequentiam valere/a. non est/ergo. a. est: et. a. non ẽ: sicut etiam hec consequentia valet/sortes quãdo ẽ non ẽ/g̃ sortes ẽ et sortes non ẽ. sumpta illa categorica vt sit de tẽporato extremo: Et volo includi eminenter hanc copulatiuam/sortes aliquando est et nunc non est: ita vt non exponatur disiunctiue/quod possibile est concipi. Cum ergo in conceptu dei claudatur ipsum eẽ per modũ cõstãtie/sequit̄ ꝯñam illã mediã eẽ bonã: et tenere a propositione contradictionẽ implicante ad ꝓpõnem illam explicantem.

Secundo / probatur prefatam consequentiam esse bonam.

Nam hec propositio/deus non est/implicat contradictionem: ergo potest deduci in bona consequentia illa contradictio: et non videtur aliam contradictionem posse deduci: nisi deum esse et non esse: igitur etc. deducitur illa: et illius vna pars est/deus est: igitur.

Sed contra dicta potest quis arguere dupliciter.

Primo/quia non videtur verum deum non posse intelligi quin intelligantur deum esse/alioquin hec propositio/deus est/eẽt per se nota quod est contra doctorem sanctum prima parte. q. 2. arti. 3.

Secundo ꝓbat̄/quia dato quod hoc sit verum potest arguens supponere ly deus in suo conceptu non claudere ly est/ac proinde si per possibile deus nõ eẽt/tunc antecedens esset verum in dicto consequentis et consequens falsum.

Ad primũ horũ dicitur/me loqui de cõceptu

dei secundum se et non ex parte nostra. Fateor. n. nos posse concipi essentiam dei sub ratione essentie et non sub ratione existentie. Hoc tamen non obstat qn existentia sit realiter ipsa essentia. Et hoc est adeo verum vt philosophi quidam dicerent/primam causam non habere essentiam sed existentiam: Et ob hoc prefata consequentia est bona: licet nobis sic non appareat: sicut et hec est optima/deus est/g̃ de⁹ est trinus/et tamen infideles dicerent eam esse nullam. Non enim est necesse omnem consequentiam bonam nobis videri bonam/sufficit ergo eam esse bonam secundum se: sicut non omnis propõ per se nota est per se nota quo ad nos: sed multe sunt tales secundum se et non quo ad nos. Et ex hoc pz solutio ad probationem. D. n. sanct⁹ non negat illam propositionem/deus est: non esse notam quoad se sed quo ad nos. Et sic concedo dictam ꝯñam non eẽ nobis euidenter bonam/sed quoad se/vt dictum est.

Ad secundum dicitur/q̃ si ponatur ly est non includi in tali conceptu nec explicite nec implicite non est admittendum illud: quia iam ille conceptus non esset dei sicut nec conceptus hominis esset eius/si poneretur ibi nullo modo claudi conceptus animalis.

Si vero ponatur non claudi explicite sed implicite admitti potest: et illa inclusio sufficit ad inferendum deū esse sicut ly homo infert ly animal. ¶ Ad aliud q̄ dicitur q̄ si per possibile vel impossibile deus non esset/antecedēs esset verum et non conseq̄ns. ¶ Rūdet q̄ non arguis contra me: eo q̄ si per possibile vel impossibile ponis deum non esse per possibile vel impossibile ponis consequēs esse contingēs/ego autem nō substineo q̄ contingens sequatur ad quodlibet: sed q̄ necessariū vesse/sequitur ex quolibet cum quo non stat admissio casus/quo posito necessariū verteretur in contingens. Insup dicitur non esse inconueniēs/immo ē necessarium q̄ admisso casu impossibili absolute/cōsequētia bona materialis (qualis p̄fata est) vertatur in malā. Notissimum enim est hanc consequentiam eē bonam/si homo currit rationale currit/si tamen admitteretur hominem esse et illum non esse rationale/añs eēt verū et ꝯñs falsum. Qui ergo hunc nostrū dicēdi modum voluerit substinere/poterit soluere rōnes alteri⁹ opinionis vt nunc soluentur.

¶ Ad primū ꝑ p3 solutio: Et illud qđ formatū ē in oppositum questione.

¶ Ad secundum dicendum est/philosophum intellexisse vnum contradictorium non sequi ad aliud probatiue: et hoc verum est: non autem illatiue/immo est necessarium/dato quod non ad impossibile sequatur quodlibet: nec necessarium ad quodlibet. Nam bene (vt patet) valet/tantum principium est: ergo non tātū principium est; et tamen ꝯñs est contradictorium añtis igitur. Quod conseq̄ntia teneat ꝓbo dupl̄r. ¶ Primo ratione sic/bene valet/tantum principium est/ꝑ principium est: vltra/ergo principiatum est: vltra/ꝑ nō principium est: vltra: ergo nō tantum principium ē. Prima consequentia tenet ab exponibili copulatiue ad vnam exponētem. Sc̄da tenet/quia relatiua posita se ponunt: et perempta se perimunt. Tertia tenet/quia relatiue opposita non possunt competere eidem respectu eiusdem. Quarta demum tenet ab vna exponente ad exponibilem distinctiue.

¶ Secundo probatur autoritate philosophi vtentis virtual̄r hac eadem consequētia in primo phisicorum contra ponentes tantum vnum ens: arguens sic l virtute. Si tantum est vnum ens/et per te principium ē/ergo tantum principium est: sed si principium est principiatum est: ergo iam sunt plura entia: ergo non tātū vnum ens ē. Et in eadem ꝓpositione potest ꝓbari ad vnam propositionem sequi duas contradictorias: q̄a bene valet/tantum principium est: ergo tantum principium est/et non tantum principium est: prima pars sequitur a sinonimo ad sinonimum. Sec̄da vero iam probata est.

¶ Ad tertium negatur cōsequētia/nam dato ad impossibile sequi quodlibet/philosophus sufficiēter probat. Et patet hoc/quia si sequitur quodlibet: ꝑ sequuntur due contradictorie: et per consequens sequitur illa contradictoria/que scilicet affirmat motum esse in instanti et illa est impossibilis: ergo antecedens/quicq̄d sit de alia contradictoria: Nam licet illa possit inferri/non tamen cōfert ad hanc probationem. Et hoc ē summe aduertendum in demonstrationibus ad impossibile: in quibus licet inferatur vna contradictoria: pōt nihilo minus inferri alia: sed sufficit vnam inferri. Unde doctor sanctus in prima. p. probans lumen glorie non posse eē ꝯmunicabile alicui creature: quia tūc illa creatura esset deus: et illud optime infertur: et nihilominus etiam infertur q̄ non esset deus. Quod sic patet/illud lumen essentialiter est creatura: ergo non potest dare maiorem entitatem formaliter alicui: q̄ ipsum lumē habeat/sed illud ē esse creatum: ergo non potest dare alicui q̄ sit de⁹. Sufficit tñ. D. S. attulisse aliq̄d impl̄r absolute ad probandum suum intentum.

¶ Ad quartum dicit/primam ꝯñam esse bonā dupl̄ci bonitate. Prima est quia ex añte habetur ꝓbatio ꝯñtis et non solum illatio. Dico habetur probatio non actualiter sed conditionaliter. Secunda est/quia antecedens licet sit impl̄r sub ratione speciali sue significationis: infert consequens: vt ex dictis patet/cōsiderata tamen añtis impossibilitate; vtrūq̄ contradictoriorum sequitur ex illo añte. Unde hec consequētia est bona/si chimera esset conceptus eius supponeret et non supponeret pro ea. Hoc patet/si chimera esset non ens esset: ergo tunc verum esset dicere non ens est. Ultra ergo non ens est/et non ens non est. Prima pars consequentis liquido infertur: secunda probatur (sumpto ly ens participaliter quia sic intelligo) bene valet/nō ens est: ergo quod non existit est. Consequentia tenet quia ly ens participaliter idem sonat q̄ id quod existit. Ultra id quod non existit est: ergo aliquid est: et id non existit/ergo est et nō est. Tunc vltra/est: ergo supponit conceptus pro illo et non est: ergo non supponit ergo supponit et non supponit: ergo de primo ad vltimum si chimera esset supponeret/et non supponeret conceptus ille pro ea. Secunda vero consequentia reputatur mala si non aspiciatur ratio equalis impossibilitatis/qua cōsiderata apparebit bona. Si enim equaliter est impossibile/chimeram esse et conceptū hominis supponere pro chimera: si vnum esset et aliū similiter: cum vtrunq̄ equal̄r distet a pōsi: nec possit aliqua ratio dari quare vnum sic et aliud non.

¶ Sed dices contra/ergo ista cōsequētia est bona: sortes est: ergo plato est: ꝯñs est falsum: ergo et añs: ꝯña tenet: quia ille ꝓpositiones equaliter sunt contingētes:

¶ Ad hoc nego cōsequētiam: nam est discrimen inter contingens ex vna parte: et impossibile absolute et necessarium absolute ex alia. Nam contingens vt sic non est determinate verum nec falsum ex habitudine terminorum. Et sic oportet aliunde trahere causam sue veritatis. Unde quia potest poni causa vnius et non alterius/non est equa ratio/quia ad minus deueniendum est ad voluntatem diuinam que se sola ex sua libera potestate velle hoc contingens esse: illo nō existente. Sed necessarium absolute non potest falsificari ab aliquo nec impossibile absolute verificari. Unde idem iudicium debet haberi circa omnia talia necessaria inter se; et si hoc non admittatur nihil cōtra me/quia stante illa suppositione loquutus sum. Et si dicas quo modo/ergo illa ꝯña communiter dicit mala scilicet/si chimera esset/conceptus hominis supponeret pro ea? Ad hoc patet ex dictis: dicitur enim non esse tot modis bona quot prima/nec est bona si solum consideretur significatio specialis que exprimitur in antecedente. Est autem bona si consideretur impossibilitas illius.

¶ Posset tamen hic oriri dubium circa id quod dictum est scilicet omnia impl̄ia eē equal̄r impl̄ia: et oīa necessaria equal̄r necessaria. Nā dicit. D. S. q. 12. nulla nomina dicta de deo et creaturis posse dici de eis vniuoce/ergo ly impossibile et ly necessarium non vnica ratione dicitur de creaturis et de deo: ac ꝑinde nō erit verum quod dicitur. ¶ Ad hoc dicitur q̄ necessariū et impossibile prout sumitur in p̄fato fundamēto: non sumitur transcendental̄r: seu methaphisice sed ꝓpōnal̄r.

Et isto modo non potest dici deum esse ens necessarium/ quia sensus esset eum esse propositionem necessariam quod falsum est. Esset tamen verum hoc/sumpto li necessarium transcendentaliter: et sic conceditur deum esse ens maxime necessarium et quod nil est eque necessarium sicut ipsemet/sicut etiam deus est ens maxime verum/ transcendentaliter: non tamen est verissima propositio Et quod dictum est de impossibili et necessario/ potest sic confirmari Nulla propositio est verior alia ergo nulla impossibilis est impossibilior alia nec magis necessaria: Consequentia tenet quia non est potior ratio de vno quam de alio: antecedens probatur: quia veritas propositionabilis est adequatio rei ad intellectum: sed illa adequatio consistit in indiuisibili igitur nulla est verior alia. Maior est nota minor probatur: quia equalitas consistit in indiuisibili sed ista adequatio est quedam equalitas: igitur. Minor et maior sunt ex se note/ vt aspicienti attente patet: igitur. Cum hoc tamen stant duo. Primum est/ quod vna propositio est verior alia fundamentaliter/sed non formaliter. Secundum est/ quod vna veritas est diuturnior alia: non tamen intensior. Vide pro hoc. q. l excin.

¶ Ad quintum dicitur/ quod in communi modo concipiendi reputaretur hec consequentia nulla/ homo est lapis: ergo homo est deus/ quia solum aspicitur significatio specialis antecedentis: et non ratio impossibilitatis. Si enim diceretur rusticissimo homini aspice eque impossibile te esse lapidem et te esse deum: et non est potior ratio de vno quam de alio in ratione impossibilis: et tunc ei proponeretur consequentia illa cum illa maxima/ de similibus idem est iudicium: non videtur quare non concederet illam: Immo si ei diceretur deum eminenter continere omnem creaturam tali modo quali nulla creatura potest continere aliam/ potius concederet vnam creaturam posse esse deum: quam vnam creaturam aliam: quicquid sit secundum rei veritatem.

¶ Questio. 3.

Queritur an diffinitio termini sit bene data: et videtur quod non/ quia in ea nihil diffinitur: igitur. Antecedens probo: non definitur terminus mentalis/ nec vocalis/ nec scriptus: igitur nullus.

¶ Ad hanc questionem respondetur affirmatiue. Et ad argumentum in oppositum respondere potest dupliciter. Vno modo secundum nominales et tunc respondetur distinguendo antecedens/ quia vel loquimur de diffinito remoto vel de diffinito propinquo. Si de propinquo (cum secundum nominales non res sed termini diffiniantur) subdistinguitur antecedens: quia vel diffinitio datur in mente: et tunc diffinitur terminus mentalis: non prout est terminus mentalis/ sed prout significat terminos mentales/ vocales/ et scriptos. Et si diffinitio fiat in voce diffinitur terminus vocalis non prout est vocalis: sed prout est impositus ad significandum omnes terminos mundi. Et consimiliter dicatur si diffinitio detur in scripto. Et isto modo sumitur secundum eos ly terminus mentalis/ vocalis/ et scriptus/ in suppositione materiali. Nam terminus stans materialiter potest supponere pro seipso alibi tento significatiue: prout dictum est in suppositionibus. Vel loquimur de diffinito remoto: et tunc dicitur quod tunc debent ille dictiones. s. terminus mentalis/ vocalis/ vel scriptus personaliter accipi pro rebus quas significant: et tunc distinguitur antecedens. s. quod non diffiniatur terminus mentalis/ aut vocalis/ etc. aut intelligitur adequate: et sic conceditur/ aut inadequate: et sic negatur: immo quodlibet illorum diffinitur. Disiunctum vero ex omnibus illis diffinitur adequate.

¶ Hic tamen aduertito quod ly terminus potest esse diffinitum remotum et propinquum: quin potius realiter sic est/ sed hoc accidit in presenti: eo quod ly terminus supponente pro aliis terminis supponit etiam pro seipso si teneatur opinio de reflexiuis propositionibus. s. quod sint dande: de quo in reflexiuis. ¶ Secundum vero reales etiam distinguendum est/ quia vel loquimur de diffinito quo: et sic dicendum est sicut dictum est secundum nominalium viam de diffinito propinquo: vel loquimur de diffinito quod: et sic dicitur quod est terminus in communi. s. prout abstrahit ab illis tribus: videlicet/ a vocali/ mentali/ et scripto. Vnde iste due stant in veritate. s. diffinitur terminus: et tamen nullus terminus diffinitur: quia sensus est: diffinitur terminus in communi: et nullus in particulari: nisi forsan inadequate/ prout dici potest quemlibet hominem diffiniri inadequate per ly animal rationale.

¶ Questio. 4.

Similiter queritur circa eandem diffinitionem termini/ an ly buf/ ceterique dictiones non significatiue sint termini? Et videtur quod sic. Nam constituunt propositiones vt patet/ si dicatur/ buf est dictio/ ergo.

¶ Sed contra/ quia non est signum cum non representet aliud a se: igitur.

¶ Ad hoc/ qui tenent rem non significantem aliud a se: nullo modo posse esse signum/ dicunt: talem dictionem non esse terminum: sed esse quid simile termino: eo quod possit supponere et alias termini proprietates habere. Sed mirum est quod aliquid accipiat ab intellectu pro seipso: si non significaret seipsum. Et si significat seipsum est sui ipsius signum. Nil enim aliud est significare quam signum facere: vel esse signum: vt etiam taliter opinantes fatentur. Sequendo autem communiter loquentes respondetur: esse signum et significare large: scilicet non stricte: vt in prima parte dictum est.

¶ Questio. 5.

Queritur/ An notitia intuitiua possit haberi de re que non est? Aut etiam notitia qua iudico sortem esse presentem mihi quem eius perfecte non video sit intuitiua pariter?

¶ Ad primam questionem respondetur quod in notitia duo possumus considerare. s. absolutum/ prout est quedam qualitas existens in potentia cognitiua. Et relatiuum. s. prout habet quendam respectum ad suum obiectum. Dicitur ergo quod ad minus supernaturaliter potest deus conseruare illud absolutum quod vocatur notitia intuitiua destructo respectu quem habet ad obiectum presens vt presens est: Et licet non maneret notitia intuitiua vt sic: maneret tamen id quod erat notitia intuitiua. ¶ Sed dubium esset an tunc potentia aliquid cognosceret mediante illa qualitate? ¶ Ad hoc est duplex modus possibilis respondendi. Primus quod nihil cognosceret. Secundus quod cognosceret vtique non intuitiue sed abstractiue. Primum tenentur dicere qui opinantur notitiam intuitiuam et abstractiuam distingui specifice quoad absolutum et respectiuum. Sed secundum possunt affirmare tenentes non distingui: nisi tantum accidentaliter/ scilicet penes respectiuum.

¶ Ad secundam questionem/ respondetur affirmatiue. Et si arguas/ quia in sic iudicando possunt decipi. Distinguitur vel quoad id quod est. s. an sit for-

tes vel plato: ⁊ sic concedo: vel quo ad aust/scilicet si res illa sit presens necne: ⁊ sic nego. Nam tunc habeo notitiam intuitiuam confusam. Cognoscam enim tunc quod est mihi p̄ns aliquod ens/non tñ quod ens sit in particulari.

Questio. 6.

Circa illa que dicta sunt de conceptu vltimato ⁊ nō vltimato/Queritur an eadem res possit eē conceptus vltimat⁹ ⁊ nō vltimatus? Et ꝓbatur ꝙ sic: conceptus huius vocis vox: est conceptus vltimatus ⁊ non vltimatus: igitur habet intentum. Et loquor de termino mentali existenti in intellectu: ⁊ non in ratione particulari: vbi pn̄t etiam esse tñ. Quod sīt sīidem ꝓbat: quia conceptus non vltimatus est similitudo illius vocis: ⁊ vltimatus est similitudo rei significate per talem vocem: sed illa vox significat vocem quia seipsam: igitur.

Sed contra/quia impossibile est aliquid esse prius ⁊ posterius respectu eiusdem in vno ⁊ eodem ordine: sed conceptus non vltimatus est semper prius natura generabilis/ꝙ vltimatus/igitur non sunt idem.

Ad hanc questionem respondetur negatiue/secundum aliquos nominalium/⁊ ad argumentum respōdent ⁊ per suas diffinitiones soluunt illō/dicentes ꝙ conceptus nō vltimatus non ē queuis similitudo termini vocalis/aut scripti/sed similitudo adequata. Conceptum vero vltimatum vocant similitudinem rei significate per terminum que non sit adequata similitudo termini vocalis vel scripti. Unde dicunt quod audita illa voce vox: duplex similitudo generatur in mēte. Una adequate representans illā vocem ⁊ illa similitudo est conceptus non vltimatus. Alia ē que representat illam vocem ⁊ omnes alias ꝙ pn̄t formari: ⁊ illa est conceptus vltimatus.

Contra quod arguit quidam doctus logicus dicēs/has diffinitiōes eē insufficientes: eo ꝙ tunc sequeretur conceptum cui subordinat ly terminus vltimate eē conceptum vltimatum: eo ꝙ sit similitudo adequata termini. Ideo ponit alias diffinitiones. s. has. Conceptus vltimatus ē conceptus distinctus termini. Nō vltimatus autem est conceptus non distinctus termini. Sed he diffinitiones non distinguunt ab aliis in intentione sed in voce. Nam id quod dicit distinctus cōceptus hic/dicebat alibi secundum aliorum intentionem adequatus conceptus. Sed contra vtrasque potest argui sic. Si ly. a. imponeret ad significandum seipsum precise ad placitum vltra significationē quasi gnificat se naturalr/haberet duplicem conceptum. s. vltimatum ⁊ non vltimatum: ⁊ essent idem: igit diffinitiones nulle. Hoc p3: quia conceptus vltimatus eēt similitudo distincta termini: ⁊ non vltimatus eēt hoc idem/igitur. Nec videtur rationabilis responsio si negetur casus. Non enim videt hoc contradictionem implicare.

Sciendum ergo pro questionis solutiōe multos logicos presertim nominales tenere/ꝙ duo accidentia solum numere differentia pn̄t esse in eodē subiecto: ⁊ ꝙ rei singularis possumus habere similitudinem distinctam ⁊ adequatam: nō solum in sensu: sed eē in intellectu. Et si hec teneantur respondetur ad questionem negatiue: ⁊ ad argumētū bn̄ responsum est: intelligendo pro ly adequate distincte: sed replica (si casus admittat) non potest solui secundum datas diffinitiones eorum/sed bene secundum eas quas posui ī prima parte huius tractatus. Nam tunc dicit ꝙ in illo casu/audita illa litera. a. duplex similitudo illius generatur: Una ratiōe sig̃nationis naturalis: ⁊ alia ratione significationis ad placitum. Et prima est/concept⁹ nō vltimatus/quia naturalr prius generat. Et secunda ē vltimatus/quia naturalr posterius generat. Si vero teneat duo accidentia solum numero differentia nō posse esse in eodem subiecto/concedēdum est in illo casu idem esse conceptum vltimatum ⁊ non vltimatum secundum rem/sed non secundum rationem. Nam illa similitudo erit conceptus nō vltimat⁹: ꝓut ly. a. ei subordinat naturalr: ⁊ idē vltimat⁹ ꝓut ei subordinat ly. a. vt significat ad placitum.

Sed modo restat difficultas secundum beatum thomam ⁊ omnes thomistas de conceptu nō vltimato. Nam cum ipsi teneant ꝙ in intellectu non sit dabilis species intelligibilis precise representās singulare/non dabitur aliqua similitudo singularis vocis vel scripture distincte representans vocē vel scripturam singularem.

Pro huius difficultatis solutione: posset aliquis dicere dictum. D. S. esse intelligēdum quoad primam intellectionem. Nam quando aliqua res primo intelligitur tunc fit abstractio ⁊ generat species intelligibilis communis ⁊ verbum commune representans specifice rem intellectam/sed postea intellectus per reflexionem ad ipsum phantasma potest generare speciem ⁊ verbum singularis rei vt sic/sed hoc non videt rationabile. Nam si species ⁊ verbum rei singularis pn̄t aliquando generari/non apparet rō quare illud nō factum fuerit in principio sicut post. Secūdo/hoc videt repugnare intentioni. D. S. vt potest dedu ex rationibus que ab eo ponunt p̄is. p. q. 37. ar. primo. Et a reuerendissimo cardinali cayetano expositis. Non desunt tamen aliqui thomiste qui teneant verbum posse formari de re singulari: licet illius non sit species/sed hoc similiter videt non esse rationabile: cum verbum sit spiritualius: vel magis depuratum a materia ꝙ species vel saltem equalr. Cum ergo semper intellectus noster (secundum doctorem. S.) intelligat abstrahendo a materia/nō videt verbum intellectus posse representare materiam: loquor de materia singulari. Teneo ergo/ꝙ nullius rei singularis possit esse similitudo adequata ⁊ distincta in intellectu/scd̄m mētem. D. S. Rei singularis inquā materialis. Nā d spūali: sicut est angelus vel anima/alia rō est.

Pro solutione igit difficultatis sciendum/ꝙ communiter a thomistis dicit/ꝙ singulare intelligit reflexe: ⁊ expresse dictū. D. S. vbi supra: ⁊ in multis aliis locis: Et hec reflexio ē per conuersionē ad phantasma rei singularis: ⁊ sic mediante specie communi representāte totam speciem: applicata tamē tali phantasmati intelligit singulare. Et similiter mediante verbo in quo relucet natura speciei cognoscit singulare: prout vtitur eo ad cognoscendum hoc vel illud singulare/tunc dicit ꝙ idem potest eē secundum rem conceptus vltimatus ⁊ non vltimatus. s. quando terminus significat seipsum naturalr ⁊ ad placitum/sed diuersimode. Erit enim vltimatus secundum ꝙ representat confuse omnia singularia/vel naturam specificam. Nō vltimatus vero inquantum fit propius voci vel scripture singulari. Non ita ꝙ solum illam vocem seu scripturam significet/nisi inquantum intellectus vtit eo solū ad illud singulare: vel aliud intelligendū. Et hoc intel

ligo de ꝯceptu exñte in intellectu: nã de existi in cogitatiua seu ratiõe pticulari: nulla est difficultas.

¶ Ad argumentum vero in contra dicitur/ q in terminis nullo modo significãtib⁹ seipsos ad placitum/ diffinitiones intelligende sunt vt iacẽt. Quando vero seipsos sigñant/ debent intelligi sic: q idem conceptus ẽ vltimatus et non vltimatus. Non vltimatus prout applicat similitudini prius natura genite ipsi⁹ singularis vocis vel scripture. s. illorum phantasmatibus. Vltimatus vero/ secũdum q significat naturam communem seu specificã: nisi forsan velis dicere/ nullam esse conceptum non vltimatum in intellectu/ qd faciliꝰ posset defendi. Et nota in presenti non sumi ly conceptus stricte pro solo verbo intellectus: sed large vt se extendit ad similitudines existentes in cogitatiua/ vel phantasia. ¶ Ex dictis infertur terminũ singularem non habere propriũ conceptum distinctum a conceptu communi in intellectu. Hoc pꝫ: quia nulla eius similitudo distincta est ibi/ sed bene potest dici hr̃e conceptum appropriatum/ quia conceptus communis/ prout eo vtitur intellectus ad intelligendum ipsum singulare/ dicit sibi appropriatus. Et loquor semper de singulari materiali. Pro hac materia vide D. S. vbi supra. Et in. q. de anima. Et reuerẽdũ mum cayet. Nec hoc dico ex meipso sed ex mẽte. d. s. et thomistarum: vt ex dictis patere potest.

¶ Questio. 7.

Circa easdem diffinitiones queritur/ an termini sincategorematici quales sunt ly omnis/ nullus/ &c. habeant conceptum vltimatum? Et videt q non/ quia omnis conceptus vltimatus ẽ similitudo alicuius rei vel rerum: sed ly nullus/ et alij termini sincategorematici nõ subordinant alicui similitudini rei. s. rerũ/ ḡ nõ subordinant ꝯceptui vltimato: ac proinde non habent illum

¶ Sed contra multum refert dicere/ homo currit: et omnis hõ currit: et non ratione illius tm̃ hõ: ḡ rõne illius tm̃ omnis: et nõ rõne vocis solum nec similitudinis vocis existentis in mẽte: ḡ rõne concept⁹ vltimati: igitur.

¶ Pro huius difficultatis solutione sciendum/ quosdam asserere ly omnis: talia sincategoremata solitarie sumpta nihil penitus significare: sed quando adiunguntur terminis categorematicis.

¶ Alij autem oppositum sentiunt. Dicunt enim tales terminos extra propositionẽ significare: et licet verum sit q in principio intellectionis deueniamus in notitiam significationum talium terminorum/ mediantibus terminis categorematicis: tamen ex quo percepimus ly omnis distribuere hic. s. omnis homo ẽ animal: et hic/ omnis leo currit: formamus quendã actũ communem distributiuum in mente non dependentẽ ab alijs conceptibus: qui indifferẽter potest distribuere quemuis conceptum categorematicum. Persuadetur q hoc a talr̃ opinantibus. Ex hoc q si simul coram rustico et latino ꝓferat hec dictio/ omnis vel nullus/ aliquid intelligit latinus quod non intelligit rusticus/ et hoc non est similitudo vocis: ergo est aliquid vltimate significatum: igitur habet intentum. ¶ Hec secũda opinio licet apparentiam habeat/ eam tamen non credo veram. Non enim videtur aliquid posse cognosci nisi vel per similitudinem propriam vt entia realia et positiua: vel per alienam: vt sunt entia negatiua: vel entia rationis: sed tunc opꝫ actualiter vti specie aliq̃ seu similitudine in vtraq cognitione. Quando autẽ per se ꝓferẽ ly nullus vel ly nõ: non vr̃ q̃ similitudo posse esse in mente preter similitudines terminorum categorematicorum: quibus tamen non opꝫ vti secũdum sic aliter opinãtes in intellectione talium sincategorematicorum terminorum. ¶ Argumentum autem quo ꝑsuadetur hec opinio non cogit vt potest haberi ex dictis in materia relatiuorum. p. p. Unde ẽr potest dedici solutio argumentĩ. Et aduerte me loqui hec de istis terminis/ omnis/ nullus/ et alijs similibus prout sumunt sincategorematice. Nam plures etiam sumunt categorematice: vt ibi/ omnis qui audit a patre et didicit venit ad me: vbi istũ valet ly omnis sicut omnis homo. Et similiter communiter dicimus/ nullus negabit hoc: ad est nullus homo: et tunc liquidum est/ ly omnis et ly null⁹ significare aliquid et aliqualiter/ sed nõ sumuntur sic in proposito. Prima vero opinio si intelligat ly omnis vel nullus &c. significare quãdo ponunt in propositionibus illud idem quod significant categoremata falsa est: nam tunc realiter essent categoremata. Nec valet dicere q non: eo q significant dependenter ab alijs: quia tunc relatiua nullo pacto essent categoremata. Si vero forsan intelligat aliud/ poterit opinio esse vera. ¶ Ut ḡ intelligat quid correspondet in mente istis tribus vocalibus seu scriptis. s. oĩs/ nullus/ et similib⁹. Adduco quandam analogiam in sensualibus: et pono hic esse speculum quoddam coram quo sit vnum frustum cere albe quod successiue ab aliquo figurẽ diuersis figuris existens semper in ꝑsentia illius speculi: tunc liquidum ẽ illam speciem speculi semper representare ceram: non tamen semꝑ eodem modo: quia species non est semper eodem modo modificata. Simĩr quando aliquod coloratum videt etiam figura vr̃: nõ per speciem distinctã a specie coloris sed ꝑ eandem speciem coloris prout talr̃ vel taliter modificaẽ/ prout dicit. D. S. in secundo de anima lectione. 13. Sic dicit/ q quando ego cognosco hominem currere/ possum hoc intelligere multiplr̃. Primo concipiendo cursum conuenire sorti vel platoni: et sic de singulis: et volẽs hoc notificare, dico has voces. s. hõ currit. Possum similr̃ cognoscere cursum ꝯuenire sorti et platoni: et sic de alijs: et tunc exprimo hunc conceptum per has voces/ omnis homo currit: in qua ꝓpositione non pono ly omnis vt significet aliquid distinctum ab homine: nec subordinatur alicui similitudini distincte a similitudine hominis: sed eo tum illud/ omnis homo: subordinaẽ similitudini hominis sic vel sic modificate: id est secundum quod ꝑ eam sic vel sic intelligo hominẽ currere. s. copulatiue vel disiunctiue: Sicut ergo similitudo coloris potest dici etiam similitudo figure: non absolute: sed prout est sic vel sic modificata: ita similitudo rei significata per terminum categorematicum potest dici similitudo sincategorematis non absolute: sed prout sic vel sic intelligimus mediante illa specie: et sicut nullo pacto potest videri figura/ nisi sit species coloris modificata per eam: ita nullo pacto potest intelligi ly omnis et ly nullus: nisi species. s. similitudo alicuius rei sit modificata ꝑ illam: Unde pꝫ q quando ꝑ se profert aliquod purum sincategorema nullo pacto potest intelligi/ sicut nec corpus figuratũ videri/ nisi habeat colorem aliquem/ licet posset formari conceptus non vltimatus illi⁹: scđum q est vox vel scriptura/ licet imaginatio decipiat nos: vel vsus loq̃ndi. Loquimur enim de istis terminis et eorum significatis: ac si significarent aliquid: vel aliquo: et similr̃ q ꝓpe semꝑ intelligimus aliquod categorema implici-

le: prout de relatiuis dictum est. Et loquor de sincategorematice pro quo dico propter ly necessario et possibiliter et alia huiusmodi aduerbia sumpta ex terminis significantibus aliquid / que bene significant aliquid / illud scilicet quod significant termini vnde sumuntur: diuersimode tamen. Nam significant taliter quod non valent supponere pro illo quod significant: quod tamen possunt termini vnde trahuntur. Et ob hoc dicuntur significare aliquid aliqualiter.

¶ Dicitur ergo ad. q. tales terminos non habere proprios conceptus / sed potest dici conceptus terminorum categorematicorum esse conceptus illorum non absolute / sed prout taliter modificati sunt: prout dictum est de specie coloris et figure: Quam similitudinem non adduxi quasi omnino sit perfecta similitudo sed aliqualis prout sensibilia assimilari intelligibilibus possunt. ¶ Hinc forsan oritur dictum quorundam dicentium talia sincategoremata significare actum intelligendi vel ei subordinari. Nam quia si sic / vel sic intelligo aliquam rem / hoc oportet esse secundum alium et alium actum intelligendi: qui actus non est diuersus ex parte rei intellecte substantialiter / sed ex parte modi intelligendi / cui modo non semper correspondet aliquid a parte rei. Ideo dixerunt tales terminos significare actum intelligendi: quia scilicet illis appositis vel remotis in voce exprimimus / nos sic vel sic intelligere rem. ¶ Et similiter sub hoc sensu debet intelligi (si verum debet esse) quod dicitur / quod significare aliqualiter est facere quod intellectus accipiat aliquem terminum taliter qualiter non acciperet sine illo: Et si queratur a quo producitur illud quod in mente correspondet istis terminis sincategorematicis in voce vel in scripto? Dicendum est quod ab illo eodem a quo producitur conceptus categorematicus: quia vt dictum est non est quid omnino distinctum ab illo conceptu: sed illius modificatio / sicut potest dici similitudinem figure produci a producente similitudinem coloris / quia est eius modificatio. Et hec pauca sufficiant pro summulistis. Multa enim dici poterant que breuitatis amore dimitto. Non autem volo inferas ex dictis / has duas propositiones, scilicet homo currit et omnis homo currit / subordinari eidem mentali immo: hoc enim falsum est. Sed volo dicere quod mentales non differunt: nisi penes diuersum modum concipiendi eandem rem: que diuersitas non potest adesse et abesse conceptu eodem conceptu manente: licet bene possent eadem specie intelligibili manente plura verba seu conceptus (sumendo conceptum tantum pro verbo) successiue formari: Et ratio est quia verbum est terminus productus per actum intellectus / multiplicato ergo actu / oportet terminos eorum multiplicari: nisi forsan aliquis dicat verbum permanere cessante actu intelligendi sicut manet species intelligibilis: cuius oppositum teneo esse verum secundum mentem. D. S. vt ex dictis in hac. 2. p. patet.

¶ Questio. 8.

Consequenter queritur / an quando dicitur in diffinitione de ly significare naturaliter illud esse significare non dependenter ab aliqua volitate intelligitur non solum de creata sed etiam de increata? Videtur quod non: omnis conceptus mentalis significat naturaliter: et in suo significando dependet a voluntate diuina: igitur:

¶ Sed contra / id quod est naturale alicui / impliceat contradictionem posse remoueri ab eo: sed naturale est cuilibet termino significanti naturaliter sic significare naturaliter. scilicet igitur implicat hoc remoueri ab eo / sed quod contradictionem implicat non cadit sub aliqua voluntate: igitur.

¶ Ad hanc questionem respondetur / premittendo duo.

¶ Primum est / quod aliquid esse volitum ex necessitate potest intelligi dupliciter. Uno modo ex necessitate absoluta. Alio modo ex necessitate suppositionis. Primum accidit / quando tale aliquid est volitum quod eius oppositum non potest esse volitum. Secundum reperitur quando ad vnum volitum consequitur alterius volitio: vt si volo ambulare per aquam volo madefieri.

¶ Secundum est / quod deus nullam creaturam nec aliquid creatum vult esse ex necessitate absoluta: sed bene seipsum / suam bonitatem et sapientiam. Ex necessitate autem suppositionis multa vult. Nam si vult homines esse vult eos habere animas: et si vult celos esse vult eos esse talis vel talis nature. Tunc dicitur quod significatio naturalis dependet a voluntate diuina: eo quod non potest res significare naturaliter nisi sit / nec potest esse nisi deus velit eam esse: tamen supposito res esse vt nunc sunt / ex necessitate suppositionis deus vult rem naturaliter significare: et si non actualiter: bene tamen in potentia propinqua: ita quod non stat talem rem esse: quin propinque possit naturaliter significare. Non sic autem est in re significante ad placitum. Nam re existenti / potest ipsamet imponi et deponi de nouo ad significandum.

¶ Insuper est alia differentia / videlicet quod res potens significare ad placitum ex se ipsa indifferens est ad significandum hoc vel illud / prout voluntati impositionis placuerit: Sed res potens naturaliter significare est determinata ad aliquid / vel aliquot significanda.

¶ Respondendo igitur ad. q. dicitur / quod loquendo de voluntate creata diffinitio significationis naturalis intelligitur sic / quod a nulla tali dependet necessario quo ad hoc quod talis significatio non oriatur a re significante / seu quod non reperitur in ea ex voluntate creata. Loquendo autem de voluntate diuina / non potest dici quod ab ea non dependeat / sed dicitur quod dependet differenter. Nam etiam significatio ad placitum ab eadem dependet: et sed sic quod deus vult inter rem ad placitum significantem et suam significationem impositionem creatam interuenire / non autem in significatione naturali. ¶ Et si dicas contra / quia deus se solo potest imponere vnam vocem ad significandum: et tunc totaliter dependebit a diuina voluntate. ¶ Respondetur verum esse sed differenter. Tum quia res illa ex se indifferenter poterat imponi a deo ad significandum illud vel aliud: non sic autem est in significatione naturali: vt dictum est. Tum quia proxima radix significationis naturalis est in re: et est sibi connaturalis. Non sic autem est in alia significatione.

¶ Ad argumentum in oppositum dicitur duo. Primum / verum esse ea que sunt naturalia non posse remoueri ab eo in quo sunt: ipso permanente / si sint de essentia illius: et secundum aliquos thomistas etiam si sit propria passio eius. Non autem hoc est verum si sunt naturalia accidentalia. Secundum est / quod significatio naturalis actualis non est de essentia alicuius creature quia potest impediri a deo. Potentia vero propinqua talis significationis: vel quod natura rei non sit radix talis significationis videtur implicare contradictionem a re posse remoueri. Et per hoc patet solutio ad argumentum.

¶ Circa id quod dictum est in prima parte

d.ly ego/ et ly tu/ et ille &c. nõ habere significationem absolutam sed depẽdẽtem/ oportet aduertere q illa depẽdẽtia nõ est similis depẽdẽtie que reperitur in relatiuis: de qua dictum fuit in eorum tractatu. Sed dicit depẽdẽs: eo q ly ego nihil significat de se: sed sola prolatio facit q significet loquẽtem. Vñ eius prolatio est quedam impositio ad significãdum. Unde primus impositor nõ voluit ly ego significare aliquid de se: sed voluit significare si aliquis assumeret illam vocem/ loco sui nominis proprij/ et ob hoc quicunq hoc facit/ nõ proprius autoritate facit. Et loquor de ly ego quãdo sic sumitur loco nominis proprij: et nõ quãdo materialiter stat. Proportionabiliter dicatur de ly tu. s. q significat illum cum quo loquimur: et de se nil significat. Vñ depẽdet eius significatio a proferẽte ly tu et loquẽte cum aliquo: nam si cum nullo loqueretur nil significat. Et si dicis q significat: dic tu que entitas est illa quam significat: cuius similitudo sit in mẽte tua? Eodem modo dicatur de ly ille qñ nõ tenetur relatiue. Quãdo vero tenetur relatiue hẽt etiam depẽdẽtem significationem/ sed differẽter (vt dictum est) et differẽtia est. Nã relatiua significatio depẽdet ab alio tẽo qui ẽ añs/ ly vero ille/ et ly tu/ et ly ego/ non sed a re demõstrata/ vel a loquẽte: vel ab eo cui loquimur. Et si dicas, eẽ difficile intellectu proferri ad minus ly ego absq eo q significet: vt pz experiẽtia. Ad hoc dicit hoc accidere: eo q proferẽs semper accipit ly ego pro seipso. Sed si nõ accipiat pro se: et p se: et respiciat qualiter põt significare quemlibet proferẽtem illud nõ communiter sed discrete/ videbit illud non esse difficile. De significatione autem dependenti relatiuorum: dictum est satis in eorum tractatu.

Questio. 9.

Circa terminum connotatiuum queritur/ an ly homo sit terminus cõnotatiuus? Et probatur q sic. Nam materiale illius termini homo quoad eius partem potest intelligi absq intellectu humanitatis que ẽ forma significata per illũ terminum: et hoc sufficit: vt pz p documẽtum positum in prima parte: igit. Probatur añs: nam sortes et quoduis aliud singulare speciei humane est materiale illius termini: et tale singulare in quãtũ ẽ substãtia põt intelligi absq humanitate: ig. ẽ hẽ intentum.

Pro huius questionis solutione sciendum.

¶ Primo q duplex ẽ significatum materiale termini. Unũ ẽ materiale termini cõcreti absoluti: Et aliud termini cõcreti conotatiui: et differũt penes hoc/ q materiale termini cõcreti absoluti significatur directe p tẽm: vt ly homo licet materialiter significet sortem vel platonem tamẽ directe significat eos. Materiale vero tẽi cõcreti conotatiui significatur indirecte per eum: vt res q ẽ alba indirecte significatur per ly album.

¶ Sciẽdum secũdo concretum esse duplex. s. conotatiuum et absolutum. Exemplum primi/ ly album. Secũdi/ ly homo. Item conotatiuorum aliud accidentale vt ly album: aliud substãtiale: vt ly animatum. Hec tria in aliquo cõueniũt et in aliquo differũt. Cõueniũt in hoc q propositiões in quibus ponitur vbi tenentur personaliter verificantur pro suis significatis materialibus. Differunt tamẽ in significãdo sua significata materialia/ eo q omne concretum conotatium supponit pro suo significato materiali: tãquam ab eo indirecte significato: sed concretum absolutum supponit pro suo materiali/ tãquam ab eo directe significato. Dicitur autem significatum directe illud ad quod significãdum terminus est impositus: tãquam existens determinatum in aliquo genere/ vel specie: vt ly homo. Nam ly homo ẽ impositus ad significãdum indiuidua hominis in cõtu se. Indirecte autem significatum ẽ illud quod a termino significatur: eo solum q forma significata p talem terminum reperitur in illo: nõ tamẽ determinate et termin⁹ impositus ẽ ad illud significãdum: vt ly humanus. a. um. Ambo enim termini. s. ly homo et ly humanus significãt rem habẽtem humanitatem: differẽter tamẽ. Nam ly humanus. a. um. habet pro significato materiali propriẽ rẽ habẽtẽ humanitatem quecunq sit illa res: siue sit in specie humana: siue in alia specie vel genere/ ly autem homo nõ sic: sed significat rem existẽtem in specie humana: cui adest humanitas/ et hoc ex vi impositionis nominis. Manifestatur hoc clarius in isto termino deus/ et diuinus: quorum vterq licet significet habẽs diuinitatem: nõ tamẽ dicimus/ anima christi ẽ de⁹ cum vere dicamus/ anima christi ẽ diuina. Ratio enim est quia ly deus directe importat suppositum diuinũ in natura diuina existẽs tãquam eius suppositum: ly diuinus nõ/ sed habens diuinitatem quouis mõ possit dici eam habere/ vel p vnionem: vel p participationem: Et videatur pphis. D. Sũm disputatis. q. de vniõe verbi: ar. 5. ad quintum. Vñ elici potest significatum materiale termini conotatiui debere explicari p trãscendẽs: vt res habẽs albedinem ẽ significatum de ly album: et ly habẽs humanitatem de ly humanus. Sed significatum materiale illius termini homo/ p singularia cõtu se deber explicari. s. sortes vel plato. et aliqd huiusmodi.

¶ Dicitur ergo q dicta in prima pte paruorum sic sunt intelligẽda: q quãdo significatum materiale indirecte significatum potest intelligi sine formali eo modo quo dictum est/ tũc talis terminus est conotatiu⁹/ aliõqn nõ oportet. Et per hoc pz solutio ad argumentum. Nam licz ly sortes inquãtum aial posset intelligi nõ intellecta humanitate/ deest tamẽ illi termino homo q sortes nõ significatur per illum indirecte sed directe. Videatur etiam. D. S. 3. sen. d. 6. q. 1. ar. 3. Et de potentia. q. 9. ar. 4. ad primũ et secũm. Et eadẽ pte. q. 13. et 5. metaphi. lec. 7. § 5.

Questio. 10.

Similiter queritur/ an ly chimera sit terminus conotatiuus. Et vr q non.

¶ Primo nõ est terminus significatiuus/ ergo nec conotatiuus. Cõsequentia tenet a superiori ad suum inferi⁹ negatiue et cum distributiõe. Antecedẽs vero pbatur: ly chimera si significat nõ significat nisi quoddã impossibile: sed impossibile nihil ẽ/ g nihil significat.

¶ Secũdo/ si chimera significaret chimeram/ chimera eẽt significabilis. Cõseqñs ẽ falsum/ igitur et añs: cõsequetia est nota: et cõsequẽtis falsitas pbatur: chimera est significabilis: ergo chimera est itelligibilis: cñs ẽ falsum: g et añs: cñs tenet/ qr intellectu a fuit qui imposuit illum terminum ad significãdum ergo intellexit id ad qd significandum imponebat: sed imposuit ad significandũ chimerã p teligit si significat chimerã/ g chimera ẽ intelligibilis. Falsitas cõsequẽtis pbatur: si chimera est intelligibilis: de chimera possumus formare verbum: cõsequẽs est falsum: ergo et añs. Cõsequentia est nota: sed cõsequẽtis falsitas pz: si possumus de chimera formare verbum: ergo de⁹ potest producere chimeram: cñs ẽ falsum/ ergo et añs. Falsitas cõsequẽtis pz: quia si deus potest producere chimeram/ chimera erit possibilis: quod est cõtra ipsius nominis significationem. Consequentia vero tenet per illud luce primo: Nõ erit impossibile apud deum omne verbum/ cuius

sensus secundum doctorem. S. prima. p. questiõe. 25. articulo. 3. ẽ/deus põt facere omne illud de quo homo potest formare verbum.

Sed contra/ille terminus significat quodlibet ens mũdi conotãs illũ eẽ cõpositũ ex his q̃ nõ valent componi: igit̃ est t̃ms conotatiuus.

¶ Pro huius questionis enodatione / tria sunt absoluẽda. Primum: quid sit illud quod sign̄at ly chimera cuius meminit lucianus in dialogo de nichromẽtia / 7 virgilius 7 alij cõplures. ¶ Secũdum/ an illud sign̄et absolute vel conotatiue. ¶ Tertiũ/ an illud sit intelligibile.

¶ Pro primo 7 secũdo sciendum/ communiter dici ly chimera significare quẽdam lycie montem in quo diuerse species animalium reperiuntur. Indeq̧ quosdam finxisse vnum animal compositum ex diuersis ptibus diuersorum animalium: vt ẽ illud animal de q̃ fabulantur sarraceni in suo alchorano. Dicunt enim deum misisse per manũ archãgeli gabrielis animal quoddam compositum ex q̃plurimis rebus diuersis: Habebat enim (vt ipsi fabulantur) faciem equi/ os lupi/ oculos hominis/ aures canis/ 7c. Et sub hac vel cõsimili significatione accipitur ly chimera a logicis volẽtibus ipsum habere significatum/ pro quo li chimera nullatenus valeat supponere: nisi mediante copula de imaginario: Unde diffinitur ab aliquibus sic. Chimera est ens cõpositũ ex impossibilib⁹ posse cõponi ¶ Voluntq̧ aliqui tale nõen eẽ conotatiuũ: dicẽtes talenomẽ significare de materiali ens/ 7 de conotato illud eẽ compositum ex his q̃ nõ pñt componi. Sed ex data diffinitione nõ sequitur talem terminũ eẽ conotatiuum. Immo põt teneri 7 meli⁹ eẽ terminum absolutum sign̄antem ex equo totum hoc/ ens compositum ex his q̃ non possunt componi. Et ex his patet solutio ad duo prima.

¶ Pro tertio ẽ sciẽdum aliquid posse intelligi dupliciter. Uno modo per propriam similitudinẽ. Alio modo per similitudinem alterius. Primum pz in ly homo: significat enim rem cuius similitudine potest intellectus informari. Secundum pz in ly cecus/ non enim est aliqua similitudo ceitatis qua informari possit intellectus. Unde põt dici duplicem eẽ cognitionẽ seu intellectionem. Quandam positiuam/ 7 quandam abnegatiuam. Positiua erit quãdo res cognoscitur p eius ꝓpriam similitudinem repositam in potentia cognitiua. Abnegatiua vero quãdo dicimur cognoscere rem quia cognoscimus nos nõ habere similitudinẽ rei sibi opposite/ vel si habemus sui oppositi similitudinem/ apponimus (vt ita loquar) quandam negationẽ. Primum accidit/ quãdo nos ingredimur aulam obscuram 7 cognoscimus tenebras: eo q̧ ꝑspicimus oculos nr̃os non informari spẽ lucis. An aũt tenebre possint ꝓprie sentiri/ non ẽ presentis instituti determinare. Secũdum cõtingit isto modo: habeo conceptũ hominis 7 cognosco actum negationis. Et tũc dicẽdo intellectualr̃ nõ homo/ dicor me intelligere non hominẽ quod ẽ intelligere hominem abnegatiue. Similr̃ hñs conceptũ entis possis: 7 scito actu negãdi: dico nõ ens vel impꝫe. Et tũc dicor me intelligere impꝫe abnegatiue/ Et sic dici põt de similibus. Unde beatus anselmus dixit in li. de casu dia. c. 21. q̧d intelligit nõ ens/ nõ intelligit constituẽdo sed dẽstruẽdo. Et tũc dicit̃ chimerã 7 oẽ aliud implicãs cõtradictionem posse intelligi abnegatiue. s. p abnegationem rerum possibilium intellectarum: 7 istorum intellectorum abnegatiue nõ possum⁹ formare verbum: sed per verbum rerum affirmatarum vel in earum verbo (vt ꝓprius loquar) intelligitur.

¶ Sed contra hoc insurgit dubium ex. D. S. in primo d. 2. articu. 3. dicẽte/ quedam entia eẽ que non hñt fundamẽtum in re/ sicut ẽ conceptio chimere. ¶ Ad hoc dicendum/ q̧ conceptio ibi nõ sumitur pro verbo i. ꝓ specie intelligibili existẽte in intellectu/ sed ꝓ similitudine quadã existẽte in imaginatione. Nam cũ imaginatio nõ trãscendat corpora/ bene quidẽ põt hõ imaginari aliquod animal hñs p̄tim figuram equi 7 p̄tim figuram suis/ vel aliquid huiusmodi. Non enim ẽ impꝫe aliquod animal creari adeo hñs diuersorum animalium figuras: quia illa diuersitas erit accidentalis quod non implicat contradictionem reperiri i vna natura. Conceptio vero intellectus ẽ similitudo ẽentie 7 nature: ac proinde nõ põt formare similitudinẽ vni⁹ rei: q̃ sit simul diuerse nature ẽentialr̃: ita vt sit homo/ 7 leo simul/ vel leo 7 lapis. Nam hoc implicat cõtradictionem 7 omne hoc implicans hẽt simul rationẽ entis 7 non entis: ac ꝓinde non ẽ intelligibile necfactibile: Et hec ratio. s. entis 7 nõ entis simul includitur formaliter vel virtualr̃ in omni impossibili ex habitudine terminorum. Pro quo videatur. D. S. p̄mo sen. d. 42. q. 2. arti. 2.

¶ Istis habitis / ad argumentum primum negatur añs: 7 ad eius ꝓbationem negat̃ ꝯña. Arguitur enim a nõ amplo ad amplum negatiue ex parte de ly ens inclusum in ly nihil. Nam quãdo dicitur impꝫe nihil ẽ/ li ens ibi inclusum stat solũ ꝓ entec̃ntie. Sed qñ in ꝯñte dicim⁹ ergo nihil sign̄at ãpliatur vsq̧ ad imaginabilia.

¶ Ad secũdum cõceditur prima ꝯña: 7 ad secundam distinguit̃ q̧ chimera sit intelligibilis vel positiue 7 p ꝓpriam speciem 7 sic negat̃: vel abnegatiue 7 p rerum possibilium similitudines 7 sic cõceditur. Et negat̃ vlterior ꝯña/ ergo de chimera possumus formare verbum: Et sic nõ sequit̃ deum posse ꝓducere vel formare chimeram/ similr̃ nõ põt fieri q̧ homo sit equus/ 15 possimus formare hanc mẽtalem/ homo ẽ equus/ nec ex hac formatione sequitur nos posse intelligere hominem esse equum positiue. Nam tunc requireretur posse dari similitudinem quandam representantẽ vnã entitatem que simul eẽt homo 7 equus ẽentialiter in qua eẽnt due ẽentie. s. humanitas 7 equinitas: quod ẽ impꝫe. Nec loquor nunc in casu q̧ christus assumeret equinitatem/ nam tũc ista eẽt vera/ homo ẽ equus/ 15 non rõne nature sed ratione suppositi. Dicimus autẽ nos intelligere illam propositionẽ/ homo ẽ equus: q2 intelligimus quid sit homo 7 quid equus 7 scim⁹ quẽ habet ly ẽ: non tñ intelligim⁹ sicut hãc/ homo ẽ aĩal/ vt ex dictis patet.

¶ In argumento incontra tangitur hoc dubium. An scilicet ly chimera significet quodlibet ens mundi?

¶ Ad hoc multi respondẽt affirmatiue/ 7 ratio eorũ ẽ. Quilibet terminus significat tãtũ sicut sua diffinitio quid nominis / sed sua diffinitio quid nominis significat omne ens/ igit̃ 7 ly chimera. Quod sua diffinitio quid nominis sign̄et omne ens pz/ quia in ea ponitur ly ens quãdo dicit̃/ chimera ẽ ens compositũ. 7c. sed ly ens sign̄at omne ens/ ergo diffinitio chimere significat illud. Consequentia tenet/ quia quicquid significatur p partem sign̄atur p totũ. Sed si isti velint dicere ly chimera sign̄are omne ens mundi sub conce

pribus distincte: ita vt significet vnum equum sub cõceptu equi: ⁊ leonem sub eius proprio cõceptu ⁊ sic de aliis / inspicientibus dictum ẽ q̃ reprobari mereat̃. Si vero velint dicere ly chimera aliquo modo .s. confuse ⁊ indistincte significare omne ens / bñ valet sustineri / ymmo quilibet terminus in undiuiso modo signat omne ens / quia secũdum auicenam .i. Met. Si. i multe locis primum quod cadit in apprehensione intellect⁹ ẽ ens nil enim potest subterfugere rationem entis. Sũ sic potest diffiniri homo .s. ẽ ens substãtiale corporeũ aiatum sensibile rationale.

Questio .ii.

Circa ea que dicta sunt de primis ⁊ secundis intẽtionibus / Queritur an tales relationes sint reales vel rationis? Et videtur q̃ sint reales.

Primo / nam relationes habentes extrema realia realiter distincta sunt reales / sed iste sunt huiusmodi igitur. Prima pars añns ẽ nota / ⁊ secũda probatur. Unum extremum est conceptus existens ĩ anima / alterum est res ad extra: ⁊ hec sunt entia realia realiter distincta: igitur.

Secundo / iste relationes sunt entia: ⁊ omnia entia sunt realia: igitur sunt relationes reales. Maior ẽ nota: ⁊ ꝓbatur minor / quia reale dicitur a ly res: sed omne ens est res / ergo omne ens ẽ reale: igitur omnia entia sunt realia.

Tertio / quod nõ ẽ ens reale erit penit⁹ nihil: si igit̃ istarũ relationũ aliqua nõ ẽ realis erit penit⁹ nihil: ac ꝓinde tales relationes vel non sunt: vel erunt chimerice adinuentiones.

Sed in contrarium ẽ autoritas doctoris sancti ⁊ thomistarum.

Pro huius questionis exacta elucidatione dicẽda sunt breuiter duo: scilicet materia potius methaphisica q̃ logica sit. Primum ẽ quid sit ens rationis. Secundum / an iste intẽtiones vel earum aliqua sit relatio rationis.

Pro primo sciẽdum q̃ ly ens ratiõis põt sumi dupliciter. Uno modo vt sit loquutio intrãsitiua vt tunc tantum valeat ac si diceretur: ens quod est ratio: ⁊ isto modo ipse intellectus ẽ ens rationis.

Secundo modo vt sit transitiua loquutio. Et hoc tripliciter. Uno modo vt dicit causam effectiuam: ⁊ tũc ens rationis significat ens causatum a ratione: ⁊ isto modo artificialia v̲t sic possunt dici entia rationis. Secundo modo vt dicit causam materialem in qua sit subiectiue: ⁊ isto modo omnia que sunt in intellectu / siue sit actus ipsius / siue habitus siue species / siue verbum põt dici entia rationis. Tertio modo dicitur ens rõnis illud ens quod solum hẽt ẽẽ obiectiue in intellectu: q̃d a thomistis diffinitur sic. Ens rationis ẽ ens quod nõ est qualitas anime quod p̃ter operationem intellectus nullum habet ẽẽ. Et isto tertio modo sumitur in p̃senti. Non tamẽ desunt qui dicãt istũ tertium modum ẽẽ chimericum ⁊ fictitium / arbitrantes impr̃e ẽẽ aliquid posse intelligi quod non sit saltem in mẽte subiectiue ⁊ non solum obiectiue. Sed certe si solum ob hoc diceretur aliquid ens rationis / eo q̃ in anima ẽ subiectiue nulla ratio ẽ quare ens rationis distingueretur contra ens reale cum accidentia existẽtia in anima / eque (immo perfectius) sint entia realia q̃ accidẽtia existẽtia subiectiue in corporibus. Dimissa igitur hac opiniõe vt intelligatur funditus thomistarum mẽs / sciẽdum rẽ aliquam multiplr̃ dici posse hr̃e ẽẽ. Uno modo i propria natura: vt habet homo existẽs realiter in mũdo: ⁊ rosa in vere. Alio modo in causa sua / vt rosa i hyeme. Alio mõ sicut signatũ in signo. Alio modo dicitur ẽẽ sicut cognitum in cognoscẽte / ⁊ sic illa q̃ non sunt ad extra põt dici ẽẽ non realr̃ sed in esse cognito.

Sed forsan contra hoc arguet aliquis dicẽs / entia q̃ dicuntur habere ẽẽ istis tribus modis vltimis simpliciter nõ habere ẽẽ / ac ꝓinde quãdo dicitur aliquo illorum modorum ẽẽ / dici improprie ⁊ abusiue ẽẽ.

Ad hoc r̃ñdetur / q̃ ly simpliciter in triplici significato reperitur. Uno modo simplr̃ tãtum valet sicut ly maxime: ⁊ sic dicimus deum ẽẽ simplr̃ ens .i. maxime ⁊ principalissime. Alio modo tantum sonat / sicut ly sine additio vt si dicam: ethiops non est simplr̃ albus. Unde philosophus / simplr̃ dico quod sine addito dico. Tertio modo tãtum valet sicut ly omnibus modis: vt si dicatur / deus ẽ simplr̃ perfectus. Dicit̃ ergo q̃ ens quod solum hẽt ẽẽ aliquo illorum trium modorum vltimorum põt dici simplr̃ non ẽẽ sumpto ly simpliciter in duabus primis sigñationibus non tamẽ in tertia. Liquidum enim ẽ / rosam aliquo mõ ẽẽ in hyeme quo chimera non ẽ: licet iste ambe sint vere tunc / chimera non ẽ: rosa non est. Similr̃ inter res q̃ nõ sunt alique sic se hñt quod quedam cognoscuntur ab hominibus ⁊ alie non: ⁊ lz omnes tales non sint realr̃ tamẽ q̃dam hñt ẽẽ cognitum ⁊ alie nõ: sicut ꝓportionabilr̃ potest dici de hercule picto / qui licet non sit realr̃ hẽt tamen ẽẽ depictum. Et si homo nunc existẽs depingeret̃ ille hõ dupliciter hr̃et ẽẽ .s. reale ⁊ pictum. Et si aliquis depingeret aliquid cui picture nihil p̃le correspõderet / posset dici illam rem solum ẽẽ depictum habere, nõ tamẽ diceret̃ illam rem habere esse reale / licet pictura sit ens reale. Descẽdendo nunc ad intellectum dicit̃ q̃ inter res q̃ intelliguntur: quedam sunt q̃ habẽt ẽẽ nature vl̃ realiter actu vel potẽtia: ⁊ talia dicunt̃ entia realia siue sint in anima siue extra animam. Alia vero sũt que nõ habẽt ẽẽ reale vel nature / nec actu / nec potentia / que tamẽ p̃nt intelligi aliquo modo: ⁊ quia solum habẽt hoc q̃ p̃nt intelligi dicuntur solum habere esse intelligibile. Et quia omne quod intelligit̃ ẽ obiectiue in intellectu: ideo dicuntur talia entia solum habere ẽẽ obiectiuum: ⁊ licet similitudines p̃ quas tales res cognoscuntur: seu intelliguntur sint subiectiue in intellectu: non tamẽ ob hoc talia entia debent dici ẽẽ subiectiue in intellectu / quia tale ẽẽ subiectiuum .i. nõ ẽ illorũ entium rationis q̃ cognoscũt̃ / sed similitudinũ p̃ quas cognoscũt̃: ⁊ sic p3 q̃d sit ens rõnis ꝓut distinguit̃ cõtra ens reale vl̃r sumptum.

At vero continuo potest alicui oriri dubium / quonam pacto possint cognosci res q̃ nullo mõ sunt .s. nec actu nec potẽtia cũ nl̃la sit similitudo p̃ quã talis res possit representari.

Ad hoc breuiter (ꝓut nũc sufficit) dicit̃: q̃ tales res cognoscunt̃ non proprie vel positiue / sed negatiue vel abstractiue. De primo dictum ẽ in .q. precedẽti: vbi expositum ẽ qualiter chimera ⁊ cetera imp̃lia intelliguntur. Unde cum talia non sint actu nec potẽtia: ⁊ tamen aliquo modo intelligantur: ideo dicuntur entia rationis. Nec talia oportet habere similitudines ꝓprias p̃ quas cognoscant̃ / sed sufficit q̃ aliarum rerum similitudines sint. Consimiliter peccatum quoad deformitatem cognoscitur / non p̃ ꝓpriam similitudinem sed per alienam scilicet rectitudinis qua caret. De secundo nunc nunc dicetur / in responsione ad secundum principale.

¶ Pro quo sciēdum / q relatio q̄ alicui rei intellecte attribuitur / pōt tripliciter cōtingere. ¶ Uno modo / vt talis relatio sit inter rem intellectam non vt intellectam: sed prout est in se: & inter similitudinem existentem in intellectu: & talis relatio bene potest eē realis / quia ē inter rem & eius realem similitudinem / dum tamē res realr̄ existat. ¶ Secūdo modo pōt eē talis relatio inter rem intellectam nō ꝓut ē in se: sed ꝓut intellecta ē / & inter intellectum eam intelligētem. ¶ Tercio modo pōt cōsiderari relatio existēs inter rem consideratam ꝓut ē in se ad seipsam cōsideratam ꝓut intellecta ē: ita vt sit relatio eiusdē ad seipsum sub alio tñ & alio eē. Iste autem relationes due vltime non pñt esse reales. Nō secūda / quia fundamētum ei⁹ nō ē ens reale: nam ē ipsa res: ꝓut intellecta ē / hoc autem quod ē eē intellectum nil ponit reale in re intellecta / ergo relatio que fundatur supra rem vt hēt tale eē nō pōt esse realis. Nec tertia relatio pōt eē realis: eo q nulla relatio eiusdē ad seipsum possit eē realis.

¶ Istis prenotatis / duo possunt dici de prima intentione.

¶ Primum ē / q pōt sustineri primam intentionē eē relationem rei intellecte prout ē in se ad ipsam intellectam vl̄ ad similitudinem ipsius rei: vl̄ ad actū intellectus. Et secundum hoc diceretur primam intentionē multotiēs posse eē relationem realem vt ex dictis ꝑz / non tamē semꝑ. Nam si intelligatur res nō exñs / talis relatio non erit realis.

¶ Secūdum ē / q pōt etiam defendi tam primam q̄ secūdam intētionem solum reꝑiri in scōo vel tertio modo relationum. Sed primum dictum teneo eē verum secūdum mētem. D. S. & peritissimorum thomistarū. Et ratio est / nam quelibet intellectio tēdēs in rem / ꝓ vt intellecta ē: p̄supponit rem ꝑ aliam intellectionem intellectam / ac ꝓinde relatio q̄ ibi cōsideratur pertinebit ad secūdam intētionem & nō ad primam. Si quis tamē vellet scōm defendere dicere pōt rem intellectam ꝓut intellecta ē posse dupliciter considerari. Uno mō prout intelligit̄ exñs sub cōditionibus seu ꝓprietatibus sibi cōuenientibus a parte rei: & sic relatio q̄ sequit̄ hāc intellectionē erit prima intētio: si vero cōsideret̄ secūdum quod intellecta ē quoad cōditiōes seu ꝓprietates q̄ sibi cōueniūt non a parte rei / sed ꝓut est obiectiue in intellectu / relatio tunc que consequitur hanc intellectionem erit secūda intētio. De scōa vero intentione dicit̄ semꝑ eam eē relationem rationis. Et ē semꝑ in secūdo vl̄ tertio mō relationis que ē scōa intētio / q̄ potest reꝑiri in qualibet intellectus operatione: in prima vt vl̄e / species / genus. &c. In scōa vt ꝓpō / veritas / falsitas / &c. Teneo enim veritatem & falsitatem si formal̄r sumantur: & nō ꝓ rebus q̄ dicuntur / vere esse omnibus modis relationes rationis. Et sunt relationes tertij modi. Ueritas enim ē relacio cōsiderata inter rem ꝓut ē in se & seipsam ꝓut intellecta est / non autem rei ad intellectum: vel intellectus ad rem. Dicitur enim sic veritatē eē quādo sic res se hēt in se sicut ē in eē cognito vel intellecto: & quādo sic non ē / dr̄ falsitatem eē. Et diffinitio in qua dicitur veritatem eē adequationem rei ad intellectum & intellectus ad rem. Debet etiam sumi in isto sensu. s. veritas ē adequatio inter rem prout est / ad seipsam ꝓut ab intellectu itellecta ē: sed d̄ hoc nō plura. Exēplū d̄ tertia oꝑatiōe intellect⁹ ē ly sillogismus / enthimema: &c.

¶ Ex his vero patet solutio ad primum argumentum.

¶ Ad secūdum negatur minor: & ad eius ꝓbationes distinguo ly reale dici a ly res. Nam ly res sumitur dupl̄r. Uno mō ꝓ ente rato & firmo vl̄ (ꝓut quidā dicūt) vt dicitur a ly ratus. a. um: & sic cōcedo ly reale dici a ly res. Alio modo sumit̄ ly res ꝓ omni ente quis modo intelligibili / vel prout deducitur a ly reor eris. Et isto modo nego q a ly res taliter sumpto dicatur ens reale: Et isto modo aliquid pōt dici ens raciōis / non ens reale. Simil̄r distinguo secūdam partem añtis. s. omne ens sic res: vel sumpto ly res primo modo: & sic nego: vel secundo modo & sic ꝯcedo: in quo tamē non infertur conclusio.

¶ Ad tertium distinguo de ly nihil quis vel negatio inclusa ibi negat omne ens tam reale q̄ rationis: & tunc nego q sit penitus nihil quod nō ē ens reale. Si vero ly nihil sumatur solum ꝓut opponit̄ enti reali conceditur: sed non est contra nos.

¶ Ultra hec aduerte ꝓ intelligētia dictorum i prima parte introduc. q quando dicitur has relatiōes oriri vl̄ pullulare ex actibus intellectus nostri nō debes intelligere penitus illas oriri ꝓut oriri vel resultare dicuntur relationes reales / sed suo modo. Nam sicut posito generāte & genito ponūtur reales relatiōes: q̄ iste res real̄r hñt inter se habitudinem talem vl̄ talem. Ita quādo intellectus compat rem ꝓut ē in se ad seipsam ꝓut intellecta ē intelligit intellectus rem aliter habere nisi ratione sue intellectionis q̄ntca: & quia hoc aliter se hr̄e nō ē ens reale relinquitur eē ens rōnis / eo q solum hēat eē cognitum. Et q̄ nō hēt rōnem absoluti / dr̄ relatio rationis.

¶ Questio. 12.

Circa analogorum materiam q̄ritur / An sint tres gradus analogie? Et ꝓbatur q nō / quia vnus modus vl̄ gradus est analogie scōm inequalitatem: & tamē iste gradus nō valet reꝑiri: ergo. Prima ps añtis ē nota: scōa ꝓbat̄ / quia sequeretur q nullum genus eēt vniuocum sed analogum / qñs ē falsum / q̄ñs: & cōsequētis falsitas est nota / sed qña probatur / quia omne genus semꝑ reꝑitur pfectius in vna specie q̄ in alia.

¶ Sed in contrarium est. D. S. ex cuius doctrina trahuntur communiter a thomistis tres gradus: vt patet in peritissimi cayetatani card. sancti xti opusculo de analogia nominum / & in aliis libris thomistarum.

¶ Ad hanc questionem respondetur affirmatiue. Pro quo breuiter sciēdum tres poni modos analogie a thomistis. Est enim analogia inequalitatis / Analogia attributionis / Et analogia ꝓportionis siue proportionalitatis.

¶ Prim⁹ ergo gradus ē inequalitatis. Pro quo sciēdum q nomē analogum ratiōe inequalitatis est illud quod significat sub vnico conceptu naturam vnam / que quidem natura si cōsideretur ꝓut ē real̄r pter rei pfectius saluat̄ / vel pfectius eē hēt in vno analogato q̄ in alio. Dicitur si cōsideretur prout realiter existit a parte rei. Nam sic cōsiderata animalitas que ē in homine real̄r ē humanitas: & animalitas que ē i bruto puta equo real̄r est equinitas: & sic de aliis brutis. Nunc liquidum ē humanitatem nobilius quid eē equinitate. Et hoc accidit quia animalitas a pte rei nō potest separi nec p̄scindi ab humanitate / equinitate / &c. Ac vero quia intellectus potest hanc p̄cisionem vel separationem facere (cōsiderat enim id quod

ptinet ad ratiōem animalitatis (nō ɔsiderata humanitate vel equitate) ꝛ sic animalitas vt sic ɔsiderata nil aliud dicit nisi substāciā sensibilē: q̄ et vt sic nō ē aliqd nobili⁹ in hoīe q̄ in equo: q2 si pmo modo erat qd nobilius, erat q2 cōsiderabat̄ vt realr idētificabat̄ cū humanitate a qua separat̄ seu p̄scindit̄ p intellectum in hac secūda cōsideratione. Et hinc est q ly animal est analogum scd̄m phos: ꝛ vniuocum secundum logicos. Nam philosophus ɔsiderat ly animal phisice, scilicet put ē in homine nobiliori modo: q̄ in equo ꝛc. Logicus vero put p̄scindit ab his: ꝛ ab omnib⁹ aliis speciebus. Hinc etiam fiquebātur merito et reprehēsos a peritissimo cardinali cayetano eos qui glosabāt li eadem positum in diffinitione vniuocorum. Glosabāt. n. sic. Uniuoca dicūt̄ quorum nomē ē commune ꝛ rō substātie secūdum illud nomē ē eadem: eadem inquam. i. equalr pticipata. Nam sequit̄ (vt predictus cardinalis arguit) ly animal quod ē vere vniuocum esse analogum: vt pz ex dictis. Et hoc intelligi dz d pticipatiōe secūdum esse: vel de participatione apte rei. Nā si alr intelligeret̄ bn̄ posset glosa sustineri: vt postea dicet̄. Et sic pz primus gradus.

¶ Pro secūdo gradu sciēdum, q nomē habēs istum gradum analogie sic se hēt q significat vnū analogatum. s. principale sub vnico conceptu: ꝛ alium sub alio: sed non omnino alio: sed taliter q ille conceptus primus reperiatur in alio: ꝛ aliquid vltra. Uerbi gracia, ly homo dicit̄ de homine viuo ꝛ picto: significando viuum, subordinatur ɔceptui animalis rationalis: ꝛ significādo hominem pictum subordinat̄ conceptui similitudinis animalis rationalis. In quo vides poni primum ɔceptum ꝛ aliquid vltra. Similr ly sanum vt dr de animali ꝛ dō pulsu: ꝛ de medicina: Et qn̄ dicit̄ d animali diffinit̄ sic. i. sanum ē animal hn̄s pportionē humorum. Qn̄ vero dr de pulsu diffinit̄ sic: pulsus sanus ē qui ē signum pportiōis humorum. Qn̄ d medicina dicit̄, diffin̄t̄ sic. i. medicina sana ē q̄ efficit pportionē humorum. Ubi clare vides illō qd̄ ponit̄ diffiniōe analogi pricipalis poni in diffinitionib⁹ aliorum: ꝛ aliqd vltra. Uides etiam pulsum ꝛ medicinam si sana dicūt̄ dici in ordine ad sanitatem repertam in animali. Nā animal dicit̄ sanum a sanitate, que est pporcio humorū existente subiectiue formaliter in eo. Pulsus vero ꝛ medicina non: sed a sanitate in animali existēte eo q̄d eam habeant ordinem: ꝛ propter hunc ordinem talis analogia dicitur attributionis. Et sic liquet secūd⁹ gradus analogie.

¶ Tertius ꝛ intellectu difficilior est, vbi reperit̄ analogia pportionis seu pporcionalitatis, qui mod⁹ subdiuidit̄ in alios duos sm̄ q pporcio pōt dupliciter attendi vl̄ veri. s. vl̄ methaphorice: vl̄ proprie. Primo mō ly ridere dr̄ analogice de hoie ꝛ dō prato. Secundo mō dr̄ ly ens de substāciā ꝛ accidēte. Et in primo mō illorum modorū analogata sic se hēt q in vno corū saluat̄ pprie rō quam analogum nomē sigñat: ꝛ i alio saluat̄ nō pprie sed methaphorice, vt in exemplo dicto pz. In scdō vero mō rō quā dicit analogum nomē in vtroq3 ɔperepit̄ sed differēter. Nā in vno saluat̄ pfecte in alio vero nō eque pfecte. Et intelligo nō de pfectione vel imperfectione secūdum eē nature sed scdm rationē vl̄ secundum eē intelligibile ꝛ abstracto. Nō vt pfecte intelligi valeat pono exemplum in sensibilibus. Fingamus igit̄ esse speculum quoddam hic, corā quo sit sortes solum, a quo resultat vera eius similitudo in speculo: sit autem plato absens qui est similis sortis: ita vt nō sit homo qui viderit sortē: qui si postea platonem viderit non recordet̄ sortis dicens: O quam similis est iste homo sorti: quemadmodum dixit raguel de thobia iuniori: Quam similis est iuuenis hic consobrino meo. Tobie septimo. Uolo tamen insuper hāc similitudinem non esse omnimodam ita vt si ambo homines considerentur aliquid differētie reperiret̄. Et puta si vnus sit aquilinus sit ꝛ alter: tamē nasus vni⁹ sit maior q̄ alteri⁹: hn̄s tn̄ eādem proportionem eius sue facie quam hēc alter in sua: ꝛ oculi vnius sint eiusde coloris cum oculis alterius, tamen aliquādo grādiores ꝛc. Tūc dico q species sortis resultans in speculo repsentat sortem ꝛ platonem proprie sed differēter. Nam sortem perfecte ꝛ adequate platonem vero imperfecte ꝛ inadequate. Et q illa similitudo representet platonē probo dupliciter. ¶ Primo sic, qui viderit platonem ꝛ postea viderit illam similitudinem recordabitur platonis etiam si antea illius oblitus fuerit, igitur significat illum, antecedēs est notum: ɔn̄a vero pbatur: quia representare nihil aliud est q̄ presentiam rei facere in esse cognito. ¶ Secūdo in isto casu, sortes representat platonem: ergo ꝛ illa similitudo. Añs pz: quia qui vidit platonem viso sorte statim recordabitur platonis: igit̄: ɔn̄a vero tenet, quia similitudo rei significat rem cuius est similitudo: ꝛ ētrem similem illi rei cuius est ipsa similitudo. Imaginare vltra hec, q sicut se habet illa similitudo ad sortem ꝛ platonem, sic se habet terminus mentalis: qui est conceptus quidā ad sua analogata. Uolo dicere, q talis cōceptus representat vnum analogatum (principale scilicet) perfecte ꝛ adequate: alterum vero imperfecte ꝛ inadequate.

¶ Et si dicas si ambo representat aliquo modo non representat vnum adequate. ¶ Respondeo quod intelligo non de quauis adequatione sed de adequatiōe pfectiōis: ita q si loquamur de repsentatione pfecta, vnum adequate representat. Si vero de alia quauis inadequate. Et quia isto modo se habet conceptus ad sua analogata, eodem modo se habebunt nomen vocale ꝛ scriptum que conceptui tali subordinantur ꝛ assimilabuntur speculo suo modo. Nam sicut potest dici speculum predicto modo representare sortem ꝛ platonem ratione similitudinis quam continet, sic nomen vocale ꝛ scriptū rōne ɔcept⁹ cui subordinat̄.

¶ Sed vero si hinc oriat̄ tibi dubiū, quo pacto scilicet, sit intelligēdū doctorū aliquorū dictū dicētium, nomē analogum vocale, seu scriptū, subordinari distinctis ꝛ pluribus conceptibus?

¶ Pro huius dubii solutione vltra dicta in exemplo posito, oportet nos fingere platonem qui positus fuit in p̄cedentibus absens a speculo nunc esse presentem: ita scilicet vt sortes ꝛ plato sint coram speculo: quorum imagines (vt liquidum est) habent in speculo relucere. Et volo q imago sortis vocetur. a. ꝛ platonis b. in casu liquidum est a. perfecte ꝛ adequate representare sortem ꝛ. b. perfecte ꝛ adequate platonem. Si igitur queratur, an. a. ꝛ. b. sint vna vel plures similitudines, respondendum est cum distinctione, scilicet, quod sunt plures, sed proportionabilr sunt vna, sicut ꝛ effigies que representantur: licet simpliciter sint due: tamen proportionabiliter sunt vna, eo quod conueniunt in quadam proporcione. Sic ergo imaginari sunt aliqui terminum analogum subordinari pluribus conceptibus. s. omnium suorum analogatorum: quorum ɔceptuum quilibet representat suum analogatum. Uerum quia illi conceptus in representando habent proportionem, ideo dicuntur vnus

conceptus non simpliciter sed proportione vnus. Doctores vero tenentes nomen analogum tantum habere vnicum conceptum / dicunt hoc vel possunt dicere sub duplici consideratione. ¶ Prima est / qꝛ imaginant vnius analogati. s. principalis conceptum esse etiam alterius: licet non eque perfecte vt dictum est. ¶ Secunda est / quia considerant id in quo habent proportionem analogata: ⁊ retenta similitudine illius prescindunt similitudines adequatas omnium analogatorum. ¶ Ad hoc intelligendum adduco exemplum doctissimi cardinalis caietani: ⁊ sumo hoc nomen / os subsistenes carnes. Et accipio in mente similitudinem ossis carnes substinentis. Tunc dicit / quod illa similitudo etiam representabit spinam ob proportionem repertam inter spinam ⁊ os: presertim in hoc quod est substinere carnes: ⁊ proinde erit vnicus conceptus secundum primam considerationem. Si vero amittamus similitudinem ossis ⁊ similitudinem spine: ⁊ loco similitudinis ossis succedat similitudo entis in communi: ita vt dicamus / ens substinens carnes / tunc formabitur etiam vnicus conceptus qui etiam vt sic abstractus ⁊ non solum secundum esse nature perfectius saluatur in osse quam in spina / ⁊ ideo erit vnus analogice ⁊ non vniuoce. Et hec omnia colliguntur ex doctore sancto primo perhier. lec. 8. vbi dicit sic. Plurium diuidentium aliquid commune / vnum esse prius alio potest contingere dupliciter. Uno modo secundum proprias rationes diuidentium. Alio modo secundum rationem illius communis secundum quam rationem illud commune diuiditur. Primum non tollit vniuocationem / vt manifestum est in numeris / in quibus binarius secundum propriam rationem est prius ternario: ⁊ tamen equaliter participat rationem sui generis. s. numeri. Ita. n. ternarius est multitudo mensurata per vnum sicut binarius. Secundum vero impedit. Et propter hoc ens non potest esse genus substantie ⁊ accidentis: quia in ipsa ratione entis substantia que est per se prioritatem habet respectu accidentis, quod est ens per aliud ⁊ in alio. Que verba summe in hac materia notanda sunt. ¶ Ex omnibus dictis colligi potest aliquorum diuidentium vnum commune vnum posse esse prius seu perfectius alio tripliciter. Secundum rem seu secundum esse nature: ⁊ sic homo est prior brutis. Secundo modo secundum propriam rationem seu diffinitionem: sicut binarius est prior ternario: ⁊ etiam isto modo homo est perfectior brutis. Animal enim rationale quid perfectius dicit quam animal irrationale: ⁊ hoc similiter non impedit vniuocationem / eadem ratione qua nec primum. Nam primum non impedit quia non considerat commune prout abstrahit ab inferioribus: immo considerat prout realiter identificat cum eis: ita isto modo non considerat secundum suam rationem absolute / sed prout contrahit per proprias differentias suorum inferiorum. Tertio modo secundum rationem ipsius communis diuisi. Et hoc impedit quia ponit prioritatem seu perfectionem in ratione illius communis abstracta per intellectum abesse / quod realiter habet in suis inferioribus ⁊ differentiis que in diffinitionibus ponuntur vel poni deberent si diffinirent. Et hinc patet quare supradictum est quod glosa illa que datur ab aliquibus diffinitioni vniuocorum / in qua dicitur. Uniuoca sunt quorum nomen est commune ⁊ ratio substantie secundum illud nomen est eadem. i. equaliter participata / est bona / intelligendo non de participatione secundum esse vel realiter / sed de participatione rationis ⁊ secundum esse abstractum illius quod dicitur vniuocum.

¶ Si vero nunc queras / quid tenendum sit circa nomen analogum ⁊ eius conceptum / an. s. habet vnum vel plures conceptus. Dicendum mihi videtur quod habet vnum ⁊ non primo modo in quo positi sunt plures conceptus simpliciter: sed secundo vel tertio modo. Et loquor in presenti de conceptu subiectiuo. s. de similitudine existente subiectiue in potentia cognitiua non de obiectiuo: quod est ipsa res cuius similitudo existit in mente que dicta est conceptus subiectiuus.

¶ Istis habitis / elicere poteris per quam faciliter differentiam inter vniuoca / ⁊ equiuoca ⁊ analoga nomina. Quam volo elucidare in speculo supraposito: ⁊ volo vltra ea que in illo casu posita sunt quod adueniat cicero qui sit simillimus sorti: ita vt in speciebus que splendent in speculo nulla valeat differentia notari. Et insuper veniat brunelli⁹ ita vt omnes quatuor sint coram speculo. Et sic erit inter sortem ⁊ ciceronem omnimoda similitudo / inter sortem ⁊ platonem aliqualis / inter brunellum ⁊ hos tres homines nulla. Loquor autem de similitudine in effigie corporali. Et volo nunc quod solus sortes producat suam similitudinem: ⁊ brunellus ⁊ nullus aliorum / ⁊ sic dicitur quod illud speculum representabit sortem ⁊ ciceronem vniuoce / sortem autem ⁊ brunellum equiuoce: sortem vero ⁊ platonem analogice. Hoc patet speculum illud representat sortem ⁊ ciceronem mediante vna similitudine eque perfecte representante ambos quam vniuoce. Representat autem sortem ⁊ platonem non eque perfecte vt dictum est: ergo analogice. Representat vero sortem ⁊ brunellum sub similitudinibus omnino diuersis ergo equiuoce. Non disputo modo an sit possibile vnicam similitudinem vnius singularis aliud singulare eque perfecte posse representare. Nil enim hoc refert ad veritatem exemplarem. Ponimus enim exempla non vt ita sint ⁊c. Idem de hoc. s. an sit possibile duo indiuidua adeo esse similia vt nulla valeat differentia deprehendi. Ex his etiam haberi potest sensus diffinitionis in prima parte introductionum posite pro analogis. Dicitur enim sic / terminus analogus est terminus significans sua significata sub ratione partim eadem ⁊ partim diuersa. Intelligi enim debet sic / quod ratio sub qua significat talis sit / quod vnum significat proprie ⁊ adequate ⁊ perfecte: aliud vero methaphorice / vel inadequate ⁊ imperfecte / eo modo quo supra dictum est. Hic autem breuitatis causa non annotaui loca omnia in quibus doctor sanctus de analogis loquitur. Videat illa qui voluerit in aliis thomistis / vel in tabula aurea. Plura etiam que hic etiam circa hanc materiam dici poterant eadem ratione omitto. Et etiam ne prefectis instituti limites egrederemur.

¶ Questio. 15.

Circa ea que dicta sunt de terminis sinonimis queritur / An genus ⁊ variatio casus talis accidentis grammaticalis reperiantur in mente? Et videtur quod non. Nam ly lapis ⁊ ly petra subordinantur eidem conceptui penitus in variato secundum modum significandi / igitur habetur intentum / scilicet quod solum talia accidentia sint in voce / cum vna vox sit masculini / ⁊ alia feminini generis.

¶ Sed contra / ea que sunt in voce sunt signa eorum que sunt in mente / sed in voce est reperire talia accidentia / ergo ⁊ in mente.

¶ Pro huius. q. enodatione sciendum primo / quod accidentia reperiri in voie: vt grammatici communiter dicunt

riunt/declinatio/casus/numerus/figura/qualitas/genus/species. Uerbo vero/octo accidentia tribuunt ea sunt/modus/tempus/numerus/persona/species/figura/coniugatio/genus. Et de istis accidentib⁹ que ritur communiter an reperiantur in mente sicut i voce vel non.

¶ Secundo sciẽdum hanc questionem posse intelligi dupliciter/eo ꝙ in mẽte duplices cõceptus repiant vl timati. s. ꞇ nõ vltimati. Et si de nõ vltimatis q̃rit: risso facilis est. ꞇ illa est affirmatiua. Nam cũ cõceptus nõ vltimat⁹ sit similitudo vocis/variata voce inq̃ntũ ẽ vox variari debet etiam ꞇ conceptus. Liquidum est enim has voces/homo/homine/homines/hominibus/diuersas habere similidines sibi in mẽte nõ vltimate respondẽtes. Est ergo cõtrauersia inter doctores/an ista diuersitas repiatur in mente secũm cõcept⁹ vltimatos talium vocum.

¶ Tertio sciẽdum/omnia predicta accidentia in tres partes diuidi. Quedam enim sunt que simul variant modum significandi grammaticum ꞇ logicum. Uocatur autem modus significandi logicus significare/cõmuniter/discrete/absolute vel connotatiue: abstractiue: vel cõcretiue: vel aliud cõsideratũ a logicis: Et hec variatio variat conceptum. ꞇ sic alius est conceptus illius termini homo/ꞇ alius illius termini socrates ali⁹ inꝙ vel oio secũm nõiales. l. ſm vsum ipsius conceptus vt statim dicetur. Similiter ly albedo ꞇ ly album non subordinantur eidem conceptui omnino: ꞇ in his talibus reperiuntur duo.

¶ Primũ ẽ ꝙ t'ki variãt secundum conceptus suos.
¶ Secũdũ ẽ/ꝙ variatur veritas ꝓpositionis. Ista enim potest esse vera/homo currit/hac existente falsa/sortes currit/ꞇ hec est falsa/albedo legit: ꞇ hec est vera album legit. ¶ Alia accidentia sunt in alio extremo q̃ non variant modum significandi logicum. Nec veritatem propositionis/vt sunt declinatio ꞇ figura in nomine/ꞇ coniugatio in verbo. Si enim vnum nomẽ declinetur ꝑ secundam vel quartam declinationem/nihil omnino refert quoad veritatem vel falsitatem propositionis. Non enim refert dicere/punctus. i. vl punctum. i. domus. i. vel domus. us. Similiter nihil interest/vnum verbum inflecti per diuersas coniugatiões: vt si dicã/tu lauas vel tu lauis: tu cõpellas/tu ꝯpellis ꝑ p̃mam vel tertiam cõiugationẽ. Et talia accñtia solum repiuntur in voce vel in mẽte non vltimate.

¶ Alia vero sunt accidentia que variant veritatem ꞇ falsitatem ꝓpositionum. Non quia significent aliũ ꞇ aliud: sed solum ꝓpter diuersum modum significãdi grammaticũ: vt sunt numerus in nomine ꞇ in verbo. Multũ. n. refert dicere/hõ currit vl' homines currũt. Simil'r hoc facit casus in noie: ꞇ mod⁹ ꞇ tẽpus in verbis. Et de istis ẽ disceptatio inter logicos p̃sertim ſm nominales. Hoc dixerim/q2 scõm reales ꞇ p̃cipue thomistas ẽ etiam difficultas de primis accidentib⁹: ꞇ maxime tenẽdo ꝙ de re singulari nõ potest haberi ꝓp̃us conceptus. Unde his terminis/homo/sortes/non respondebunt distincti conceptus in intellectu. Similiter ly album ꞇ ly albedo idem significant formaliter/ꞇ differunt in modo significandi. Quamob rem de primis dicẽdũ est: ꝙ diuersitati repte in voce inter t'ꝫm eõem ꞇ discretum nõ correspõdet diuersitas concept⁹ sed diuersitas vsus ipsius spẽi vel cõceptus penes hoc ꝙ intellectus vtit eis ad intelligendum singulare: vel commune. De abstractis ꞇ concretis/proportionabiliter dicendum est. Sicut statim dicetur de alijs accidentibus.

¶ Istis prenotatis/dicitur hic eẽ triplicem dicendi modum. Quidam. n. dicũt ꝙ accidentib⁹ isti⁹ tertij generis non respondet in mente aliqua diuersitas in conceptu talis termini: sed correspondet tali diuersitati vocali: diuersitas quedam articulorum que in mente reperiuntur: ꞇ etiã in voce hispana vel greca: vbi consuetum est tales articulos ponere. Unde volunt dicere ꝙ sicut hispane obseruamus eandem terminationem vocis in multis casibus ꞇ notificamus diuersitatem per articulos: ita grammaticus retento principio vocis variat finem: ꞇ illa variatio finis idẽ facit quod diuersitas articulorum in lingua hispana. Hoc patet sic exemplariter/dicimus hispane/el hombre corre/este libro es del hombre. Ecce qual'r ly hombre vtrobique terminatur/ꞇ inchoatur eodem modo: non tamen idem significatur per illas propositiones ꞇ illa diuersitas causatur ex articulis illis. Latin⁹ vero dicet easdem sententias sic. s. hõ currit: hic liber est hoīs. Ubi differẽtia q̃ causa bal rõe articuloꝝ hispane causat latine rõne diuerse terminationis

¶ Alij vero huic dicto omnino aduersãtur dicẽtes conceptus mentales correspondentes talibus s. habentibus diuersa predicta accidentia eẽ distinctos essentialiter ꞇ esse cõnotatiuos vt in plurimum/sicut sunt obliqui respectu recti. Unde dicunt ly hominis de materiali significare omne ens cõnotando illũ possideri ab homine.

¶ Tertia opinio que communiter defenditur est. Conceptus correspondentes talibus terminis vocalibus seu scriptis esse distinctos accidentalr/sed non essentialiter.

¶ Pro cui⁹ elucidatiõe sciẽdũ ꝙ in termino significante tria (ꝓut in p̃senti sufficit) possumus ꝯsiderare. s. t'ꝫm significantẽ/rẽ significatã: ꞇ modũ significandi. Põt igit' esse diuersitas in t'mis significantib⁹ tm̃: ꞇ sic differũt iste voces/lapis/petra. Aliq̃n põt esse in t'mis significantib⁹ ꞇ in mõ significandi sed nõ in re significata: sicut ẽ in istis t'mis/deus deitas. Aliq̃n ẽ in omnib⁹ trib⁹: vt si dicã/hõ/lapis. Aliq̃n est idẽtitas in voce ꞇ nõ in re significata: sicut est ĩ ly canis significante ex equo tres res. Intelligenda ẽ ergo predicta positio sic: ꝙ terminis habẽtib⁹ ista diuersa accidentia respondent in mente diuersi cõcept⁹ non diuersitate sumpta ex parte obiecti sed diuersitate sumpta ex modo significandi. Et hoc prouenit ex libertate ꞇ subtilitate intellectus potentis intelligere rem sic vel sic: licet res secundum se realiter nõ sit vnõ modo. Nam cursum potest intelligere tanquam per se subsistentẽ qualiter nunquam fuit: ꞇ ob hoc ista est falsa/cursus est homo/hac existente vera: currens est hõ. ¶ Et si dicas contra/nil est in intellectu/quin prius fuerit in sensu: sed cursus nunquam fuit in sensu tãquam ꝑ se subsistens: ergo nec sic potest esse in intellectu. ¶ Ad hoc dicitur hanc maximam sic debere intelligi/nihil est intellectu quin prius sit in sensu scilicet secundum se: vel secundum suum simile: vel dissimile ꞇc. vt supra dictum est: Et tñc sufficit ꝙ substãtia realr' sit subsistens ad hoc ꝙ ille modus existendi per se intelligatur ꞇ illum potest intellectus attribuere accidenti in modo significandi ꞇ hoc sufficit. Dicit' ergo ꝙ diuersitas predicta non dicitur accñtalis: eo ꝙ possit adesse ꞇ abesse tali conceptui essentia cõcept⁹ remanente. Sed dr' accidẽtalis quia nõ sumitur ab eo quod est substantiale/vel principale per talem conceptum rep̃sentatum quod est obiectum. Hec igit' opinio si sic intelligatur vera ẽ ꞇ tenẽda ꞇc. D. S. i. q̃ dist. 3. q. 4. ar. 17.

¶ Et plusdetur sic triplr. Primo iste ppōnes differunt/sortes est creatura dei/ ⁊ sortes ē creatura deus (ly creatura de⁹ sumpto appositiue) ⁊ nō solū ratiōe cōceptus nō vltimati/ sꝫ ex rōne vltimati: ⁊ illa differētia nō est eēntialis/cum nulla res representet p vnā q̄ nō representetur p aliam: igit differunt accidentalr.

¶ Scdo sic/philosophus dicit obliquū nomē nō esse nomē/ sꝫ vel nō sighat idem q̄d rect⁹ vel saltē nō eodē mō: sed pmum nō ē dicendum/ergo scdm ē verum

¶ Tertio sic/necesse ē vnam trium dictarum opinionum eē veram: nō ē pma nec scda ergo tertia: q nō prima pꝫ: q ꝛ illos articulos eē in mēte distinctos a conceptu vltimato ē ipsū: igit ⁊ opinio: ɔña ē euidēs. Añs pꝫ impse ē istos terminos omnis/nullus ⁊c. habere conceptus distinctos a conceptibus vltimatis terminorū categorematicorum: igitur impse ē hꝫe conceptus distinctos talium articulorū: ɔña pꝫ: q nō ē potior rō de istis q̄ de illis nec e contra/immo potior rō est de istis s. omnis/nullus/cum sint voces distincte omnino a terminis categorematicis/quod nō hꝫ iste voces/homo hominis. Añs vero pꝫ ex ṗdictis in dia. q. q scda opinio nō sit vera pꝫ. q sequeretur nullum posse formare hāc ppōnem. s. bonum ē passio entis: quin formaret ⁊ hanc/bonū est ens entis: aut hanc/bonū ē passio entis entis: ɔñs est contra experiētiam igitur.

¶ Amplius sequeretur q nullus sillogismus in cui⁹ vna pmissa mediū totale cēt in recto/⁊ in alia in obliquo esset bonus: ɔñs ē falsum: igit ⁊ opinio: ɔñs tenꝫ quia vel nūquam erit idem medium: vel aliquid poneretur in añte quod nō in ɔñte.

¶ At vero q ṗdicte due opiniōes aliquot rationibus fulciunt cōtra hanc tertiam militātes/ponēde sunt tales ⁊ soluende.

¶ Arguit igit pmo sic/p scda opiniōe ⁊ cōtra hāc tertiā: Hoc aggregatū/liber petri/vltra petrū ⁊ librum signat possessionē: sed talis possessio nō pōt signari nisi vtrūq extremum signet: ergo talis t's signis can illā possessionem significabit ambo extrema: ⁊ talis terminus est ly petri vt notum est/ sꝫ ly petri aliquo modo signat librum ad minus ratiōe entis/ ⁊ hoc nō ē absolute/ergo cōnotatiue.

¶ Scdo/aut rectus et obliquus signant idem eodē modo vel diuersimode. Nō pmum: q ē cōtra tertiam opinionem: ⁊ q sequeret idem eē dicere hō dei ⁊ homo deus/ sꝫ. 2. ⁊ illa diuersitas: nō potest esse nisi ratione connotationis: igit.

¶ Tertio/obliquus verificat d̄ recto: ⁊ nō p re possidēte sꝫ ppossessa ⁊ p ɔñs vtrūq signat: ⁊ nō ābo formaliter/ sꝫ vnum formalr ⁊ aliud cōnotatiue. Hoc pꝫ/quia ista est vera/hic liber est petri/vbi ly petri verificatur de ly ly liber/igitur.

¶ Hec argumenta licet habeant apparentiam aliquā non concludunt. Unde ad primum distinguit maior/ s. q illud aggregatum signet possessionem/vel rōne alicuius ptis illius ⁊ sic nego: vel rōne toti⁹ categorematice ⁊ sic concedo: lꝫ ortum habeat solum ex modo significandi illius obliqui: non quia obliquus significet rem possessam/sed q signat rem possidētem p modum cuius. Nec mireris hoc. s. q totum categorematice signet habitudinem aliquam quam nulla ps signat perfecte ⁊ in actu exercito. Nam quando dico/homo est albus tota ppō signat vnionem a sbedinisch forte/ ⁊ hoc originatur a ly est/non tamen ly est significat illam exercite alias significaret tantum sicut tota propositio. Et persuadetur solutionem esse bonam ex hoc quod communiter dicit in hoc paralogismo scilicet/omne quod ē philosophi possidetur a philosopho: sed phia ē ens qd ē philosophi/ sꝫ possidet a philosopho committi amphibologia: ⁊ hoc nō pōt eē nisi ratione illius totius aggregati. s. ens qd est phi: ⁊ nō ratiōe illius termini philosophi: igitur. Prima pars est nota secunda pbatur: quia si non esset rōne totius oratiōis sed ratione vnius termini non esset amphibologia/sed equocatio. ¶ Ad scdm patet solutio ex iā dictis.

¶ Ad tertiū negat añs: nō enim ē ibi obliqu⁹ totale ṗdicatum/sed totum hoc/ens petri: ⁊ ly ens nō includitur in ly petri sed in ly est.

¶ Pro prima opinione ⁊ contra hāc tertiā

argr. ¶ Primo sic/si isti dcursū hō/hōis cōcept⁹ sunt essentialr sinonimi sequeretur ex illis in mente posse fieri vnum conceptum p intensionem: ɔñs est falsum ergo ⁊ opinio.

¶ Scdo/si ly hominis significat possessiue vl hoc ē de materiali vel de formali. Non primum/quia non ē terminus connotatiuus. Nec secundum/ q tam essentiale est ei significare hominem q̄ significare possessiue/ sꝫ male dicis q signare possessiue est ei accidētale.

¶ Et confirmatur/quia si ille modus est accidētalis posset adesse ⁊ abesse quod est falsum.

Tertio/quia si differūt hō ⁊ hoies seq̄ret/q ego nō possem formare hanc ppositionem/hominis equ⁹ currit absq hoc q formarem de nouo cōceptum de ly hominis in casu q prius formaūē ɔceptū de ly hō ⁊ ɔcept⁹ non esset distinctus.

¶ Quarto/si mēte nō sunt ille diuerse terminatiōes q̄ sunt in voce: ergo illi diuersitati q̄ est in voce/correspōdet in mēte diuersitas articulorū que exprimit p diuersos articulos in lingua hispana: ⁊ in aliis vbi tales ponuntur articuli.

¶ Ad primum rñdet (⁊ pmo scdm nominaliū viam) negādo ɔñam. Nō enim illi duo ɔceptus dicūt eēntialr sinonimi/eo q sint eiusdem speciei: sed ratio ē colecta in declaratione ɔclonis ¶ Sed argues obiectū illorum ɔceptuum ē vnum numero/ sꝫ illi ɔceptus saltem erūt eiusdem speciei/ɔñs tenet/quia notitia specificatur p obiectum. ¶ Ad hoc rñdetur negādo ɔñam: ⁊ ad pbationem distinguo notitias p obiecta distingui: vel tamen sub hoc sensu. s. q qualiter distinguunt obiecta in esse naturē distinguantur notitie/hoc est/si specie/specie/ ⁊ si numero/numero/ ⁊ sic nego illam. Uel sub hoc sensu quod sumatur ab obiectis in quantum significata sunt per illas notitias ⁊ sic concedo: ⁊ sic sufficit diuersus modus representandi/ad hoc quod tales notitie distinguantur specie. In via vero thomistarum negatur consequentia: tum quia intensio non fit p additionem notitie ad notitiam: tum quia ɔceptus non dicunt eē idē eēntialiter nisi in sensu exposito supra/ sꝫ etiam quia dato illum modum eē acceidētalem/nō sequitur posse illud adesse ⁊ abeē: q nō oē accēns est separabile a subiecto. An vero differentia notitiarum sumatur solum ex pte obiecti? Altioris negocii ē id exacte ⁊ totaliter determinare.

¶ Ad scdm negat sufficiētia diuisiōis: ⁊ dat aliā tertiā: ⁊ dr q signat possessiue/ rōne modi significandi intrinsece ⁊ inseparabili. Et p hoc soluit ɔfirmatio.

¶ Ad tertium secundum thomistas negat q ɔceptus possit manere cessante actu intelligēdi. Unde si mutatur actus (vt oportet si de nouo debet intelligi homo p modum cuius aliquid est) oportet aliud verbū formari. ¶ Si dicas cōtra/quia. D. S. dicit verbū mētis

manere z verbum oris fuerit. Respondet/doctor. S. velle dicere verbum mentis manere intus inanimis/ qz est opatio immanens illa/p quam pducit. Non sic autem est de verbo/oris. Manet tamen qn est intellectio actu. Vel dicitur manere/quia potest esse totum simul quod non fit in verbo oris.

¶ Ad quartum negat ostia/sufficit.n. q diuersitati vocum respondeat diuersitas modi significandi.

Sed vltra hec que i cōi determinata sunt restant duo dubia specialia.

¶ Primum est / an li homines z ly homo / subordinent eidem conceptui essentialiter: solum distincto accidentaliter?

¶ Secundum est/an duo termini significantes omnibus modis idem differentes in voce in genere grammatico/subordinent etiā cōceptibus distinctis solum accidentaliter?

¶ Ad primum respondet affirmatiue z habet elicitiue er. D. S. vbi supra in argūi cōtra quod vt pcedere: eo q illud non soluit. Et quādo dicit in respōsione ad tertium nomen non esse idem p omnes casus simpliciter/ ly simpliciter nō est idem quod essentialiter/sed tm valet sicut omnibus modis. Unde vult dicere non esse idem omnibus modis. ¶ Sed contra/ergo ly homines signat aliqd/ ostia est falsum/ergo z ostia ostia tenet/signat idem essentialiter quod li homo: ergo signat aliquid. ¶ Preterea ly hominis dicit supponere p homine/ qz mediante recto pōt d homine verificari: g a simili ly homines significabit aliquid eo mediante sinonimo significet aliquid. s. mediante ly homo. ¶ Ad primum horum negat ostia: z ad probationem iterum negat ostia. Nam diuersus modus significandi sufficit ad hoc q dicat / vnū terminum repsētare aliquid: z alterum aliqua. Hoc pz/qz terminus significās aliquid/etiam aliqua entia signat/sicut ly homo materiam z formam signat: non tamen debet dici q signet aliqua stando in rigore appellationis. Hec igitur diuersitas q terminus significare aliqua vel aliqd non necessario oritur ex natura rei sed requiritur etiam talis vel talis modus concipiendi rem vel res existētes a pte rei: ista tm diuersitas appellatiois non semp obstat. Et ob hoc dicitur modus diuersus accidentaliter z ppterea. D. S. dicit: p. p. q. 45. ar. 2. q modus significandi insequitur modum intelligendi.

¶ Pro secundi dubii solutione aduertendum q nomina masculina z feminina sunt in duplici differentia. Quedam enim sunt que significant omnino eandem rē numerice vel specifice tam in esse essentiali q accidentali/ sicut ly petra z lapis significant eandem rem omnino z sub eodem conceptu vltimato. At vero ly mulier z ly vir licet significent vnam rem specificam in ratione essentiali hominis: non tamen in ratione specifica sexuum. Nam vir z mulier differunt accidentaliter specifice in genere sexus. Item nominum diuersorum generum quedam sunt substantiua/quedam adiectiua. Et loquor de adiectiuis z substantiuis scdm grāmaticos. Substantiua sunt vt ly vir mulier. Adiectiua/vt bus. a. um. breuis z hoc breue.

¶ Istis notatis ponuntur tres cōclusiones.

¶ Prima/quando nomina sunt diuersi generis: z significant vnam z eandem rem realiter z put vna est a pte rei/tunc talis diuersitas generis solū reperit in voce vel in scriptura: z nullatenus in mente vltimata. Unde isti duo termini lapis z petra omnino eidem cōceptui vltimato subordinant. Dixi in mēte vltimata qz liquet conceptus non vltimatos inter se differre eo modo quo voces vel scripture differunt.

¶ Secunda cōclusio. Quādo nomina sunt imposita ad denotādā distinctionē realē sexuū/tunc talia nomina subordināt pceptibus distinctis. Pono autem has cōclusiōes/qz credo distinctionē generis grāmaticorum originē z ortū habuisse ex reali distinctiōe sexuum in aīalibus. Nā a pte rei tm sunt tria genera rerum. s. masculinum z femininum z neutrum. Et res que nullo modo est animal realiter est neutrius generis: z oē animal est aut masculinum aut femininum. Et loquor de animalibus non monstruosis/nec de aliquibus de qbus dr aliquo tēpore exercere officia masculi z alio femine/vt dicitur de auibus quibusdam. Et si volueris illa dicere communia vel vtriusq sexus dicito feliciter nil mea refert. Nam ponētur tūc quatuor genera. Uerum est tm q in animalibus monstruosis/dicitur semper vnā virtutem alteri preualere/ita vt simpliciter dici posset masculus aut femina. Rebus igitur sic se habentibus imposuerunt nomina p io masculis z feminis z rei neutre. Et postea cum nomina imponerentur ad significādum ab ipsis rebus masculinis z femininis z neutris: tūc posuerunt nomina masculina feminina z neutra. Et cum nomina significarent ad placitum/imposuerunt idem nomen masculo z femine indifferenter / prout conueniunt in spēcie: z sic ly homo impositum est ad significandum virum z feminam inquantum sunt vnum in specie substantiali. Amplius quia differunt in genere sexus imposita sunt hec nomina/vir/mulier/ad significandos eos secūdū q sic distinguunt. ¶ Amplius quia sunt alique forme que possunt conuenire masculo/ z femine z rei neutre/ imposuerunt vnum nomen ad ista tria significanda/aliquando sub pluribus terminationibus/vt albus/alba/album. Aliquando sub duobus: vt/breuis z breue. Aliqn sub vna: vt/mouens generās zc. Amplius vidētes impositores vocū/aliquas res esse similes in aliqua virtute cū masculis vel hoies loqui de illis tanquā de masculis imposuerūt noīa sub gñe masculino: dato q res significate phisice seu realiter essent neutrius gñis. Et sic ista nomina/mars/iupiter/ sunt gñis masculini. Et ly ignis/qz signat ignem: z cet. Aliquando ne denotet imperfectio in re: z sic dicimus hic deus. Aliqn p solum vsum z voluntatem. Nam cum nomina significent ad placitum: etiam potuit imponi sub tali genere ad placitum. Idem dicendum est de femineo genere. Et ob hoc non omnis res neutrius generis phisice vel realiter est netrius generis grammatice. Hoc psuadetur etiam ex ipsa grammatica: nā grammatici i nominibus cognoscēdis cuius gñis sint dupliciter dicunt hoc posse cognosci. s. ratione significationis z ratione terminationis. Unde principalis regula dicit. ¶ Femina masq genus nullo monstrante reponunt. i. mas z femina ex natura rei docent cuius generis sint absq doctrina pceptoris. Res vero que de se nullum genus habent cum non possit illarum genus ex parte rei cognosci/cognoscuntur quo ad eorum genera ex parte terminationis ipsius vocis: z talia genera ad beneplacitum principaliter reperiuntur esse eis attributa/etiam si alie cause non irrationales concurrant/vt ex dictis patet. Ex quibus liquet/quod aliquando reperitur genus in mente/z huiusmodi ppe tates/z aliquando non.

¶ Tertia conclusio. Licet aliquando diuersitas gñis non variet pceptū mentalē quoad significationem/variat tm quoad acceptionē. Uñ hec ppō/vir

est alba non solũ est incõgrua sed etiam si esset cõgrua esset falsa / hac existente cõgrua ꝛ vera / vir est albus: ꝛ hoc est: quia ly albus accipitur ibi pro re que est masculus ꝛ non ly alba. Et hoc intelligo quando subiectũ est terminus significans rem que realiter est gñis masculini: aut alius generis ꝛ hoc est ratiõe vsus; ꝙ rõ sufficit in grammatica. Nec sequitur ex hoc hanc eẽ veram / omnis homo est albus (licet oppositum posset d̾fendi / immo illud hẽt expresse p. h. in restriction.). Et rõ est: quia maior est vis distributionis ibi ꝙ restrictionis predicati: secus tamen eẽt si diceretur sic / omnis homo albus est vir: ꝛ do simile extra ꝓpositum. Nam si dicam / philosophus dicit mundum eẽ ab eterno / stat ly philosophus antonomatice. Si vero dicam / omnis philosophus dixit mundum fuisse ab eterno / stat proprie. Nec valet dicere / hoc est: quia alias illa ꝓpõ eẽt incongrua: quia ly philosophus stat tantũ pro vno: ꝛ male adderet ly omnis.

Cõtra / quia congrue dicimus / omne ens quod est fortes: ergo etiam possemus dicere / omne ens qđ est philosophus dixit: ꝛc. Sufficit ergo voluntas ꝛ vsus in istis ad hoc ꝙ stet pro istis vel pro illis / pro masculinis vel pro femininis. Vnde si dicam / homo est albꝰ / intellectus accipit predicatũ pro re masculina et hoc oritur ex communi vsu ꝛ voluntate loquentium. Nec vlterior ratio tanquam necessaria querenda est. Consimiliter dicitur de ista / lapis est alba que incongrua est: vbi etiam ly alba non accipitur pro re que ē lapis. Et loquor de conceptu vltimati significati materialis illius termini albus non de conceptu significati formalis qr ille ē vnicꝰ. Sed cõtra / quia si diceret / petra ē alba / ly alba acciperet pro petra / ergo ꝛ in alia: negatur ꝯña Et ratio ē vsus: volunt. n. grãmatici adiectiuum sumi pro quo accipit suum substantiuum: nisi conueniat in genere numero / ꝛ casu. Et si ꝑz / ꝙlicet non sit tñc diuersitas generis in mente / quia cõceptus petre semper est vnus / est tamen diuersitas acceptionis designata ꝑ diuersum genus in voce: qua stante non debꝫ audiens accipere illum terminum pro re quã significat in hac ꝓpõne. Et hoc solum quia voluntas primorũ impositorum vel grammaticorum voluit: Sed dices / nũquid nõ possum ego cõcipere eandẽ mẽtalẽ auditis his ꝓpõnibus / lapis est albus / lapis est alba? Potes quidem / sicut ꝛ audita ista voce / homo voluntarie poteris concipere equum / sed non si imitaris voluntati grammaticorum.

Questio. 14.

Circa terminos repugnantia pertinẽtes dubitatur. An repugnet eos verificari de eodem naturalr ꝛ supernaturalr?

Ad hoc sine argumẽtis dr ꝙ termini ꝯdictorij sumpti in vero ꝛ perfecto sensu contradictoris nec naturaliter nec supnaturalr pñt de eodẽ verificari vt sunt ly nõ albũ ꝛ ly albũ / alioquin due ꝯdictorie possent eẽ vere supnaturaliter quod est impossibile. Termini vero ꝯrij naturalr non pñt absolute ꝯpetere eidem: vt albũ ꝛ nigrum. Dicit absolute: quia secundum quid vel respectiue ad aliud hoc nõ incõueniret: vt fuscum respectu albi potest dici nigrum ꝛ respectu nigri potest dici album. Supernaturalr autem affirmant aliq̄ illud posse fieri sicut si deus poneret. 20. gradus caloris: ꝛ frigiditatis in vno subiecto / impeditis actionibus eorum ne mutuo se expellant inde / ꝛ hoc bene valꝫ sustineri. Termini autem priuatiui naturalr non valent eidem competere: bñ tamen supnaturalr. Vnde si filiꝰ dei assumeret et vnam aliam naturam humanam cecam diceret cecus ꝛ videns / hoc tamẽ eẽt secundum diuersam naturam numero. Relatiui vero termini possunt de eodem dici naturalr ꝛ supnaturalr nõ tamen secundum idem numero vt pater: ꝛ filius / dñs ꝛ seruus. De terminis autem disparatis dicit ꝙ pñt dici de eodem. non tamen formaliter: aut ratione nature sed materialiter seu ratione suppositi. Vnde si xp̄s redemptor noster assumeret naturam angelicam non amissa quã habet: hec eẽt vera / homo ē angelus: non autem hec / humanitas ē angeleitas. In hac difficultate nolui ponere argumẽta nec in ea immorari: eo ꝙ difficultas logica exigat elucidationem difficultatum theologicarũ ꝛ phisicarum.

Questio. 15.

Circa diffinitionem suppõnis queritur / An suppõsit aliquid reale vel rõnis: ꝛ vr ꝙ sit ens reale / qr suppositio ē acceptio tmi substantiui ꝓ aliquo: sed talis acceptio ē ens reale: igitur Prima pars añtis est nota: scda ꝓbat. Acceptio termini est opatio intellectus accipientis terminum / sed opatio ē ens reale cum sit subiectiue in intellectu igit.

Sed cõtra / nullus tmĩ s̾e scde intẽtiõis significat ens reale: sed ly suppõ ē tmĩ s̾e scde intẽtiõis / ergo nõ significat ens reale: sed significatum talis tmĩ est suppõ: igit.

Rñdeo dicẽdum / ꝙ questio ista ꝑpe spectat ad methaphisicam / eo ꝙ de entitate vel quidditate rei vt sic querat / verum quia logica scientia cõmunis est / ꝛ suppositio est proprietas logica: non omnino impertinẽs erit hec eam breuiter determinare. Dicit ergo ꝙ circa hãc questionem triplex ē opinio. Quidam enim dicũt suppositionem nil aliud esse ꝙ tmĩ supponentem. Vnde cum terminus omnis sit quedam res / secundum hos dici opꝫ omnem suppositionem esse rẽ realẽ ꝛ hec opinio est nominalium.

Alij dicunt ꝙ suppositio põt accipi tripl̾r. s. actiue / ꝛ passiue / ꝛ formalr. Si actiue sumat ē intellectꝰ seu homo faciẽs terminum supponere. Si passiue ē ipse tmĩ supponẽs. Si formaliter / ē quedam relatio rationis inter terminum supponẽtem ꝛ intellectum reptam / vel saltem inter terminum ꝛ rem ꝓ qua terminus accipit: ꝛ hoc taliter ꝙ illa relatio nec est intellectus nec terminus ipse / sed est merum ens rationis: ꝛ hec est opinio realium communiter.

Est autem quidam doctor etiam realis dicens suppositionem esse ens rationis / non tamen ita vt sit quid distinctum ab ipso termino / sed est quidam modus (vt ipse dicit) reptus in ipso termino: eo modo quo ab eo ponunt entia rationis ꝛ eorum natura elucidat i tractatu terminorum. At vero vt intelligas que entitas sit suppositio (loquor de ea formalr) aduertito quod i instrumento quo mediante aliquis opat / duplex relatio realis inuenit, s. ad ipsum operans ꝛ ad rem opatã sicut pꝫ in mouente lapidem baculo: ē enim ibi duplex habitudo / in baculo est. s. ad hominẽ mouẽtẽ lapidẽ ꝛ ad lapidem motum / quequidem habitudines sunt entis realis: ita ergo proportionabiliter possumus imaginari terminos mentales esse quasi instrumenta quedam quibus mediantibus intelligimus: ac proinde i eis potest considerari habitudo vna inter instrumentum ꝛ potentiam intellectiuam / ꝛ alteram inter eundẽ terminum mentalem ꝛ rem per ipsum representatam pro qua terminus accipit ab intellectu. Dicit ergo quod habitudo que est inter terminum mentalem ꝛ intellectum: nõ est suppõ siue illa sit ens reale siue rationis /

sed illa que ē inter talem terminum ⁊ rem pro qua ac-
cipit: ⁊ ista ē duplex. Una ē habitudo similitudinis ⁊ ē
termini mentalis ⁊ rei ad extra: ⁊ econtra: ⁊ loquor d̄
similitudine large: ⁊ ista similitudo nō ē suppō. Alia ē
habitudo q̄ intelligit̄ eē inter t̄fm mētalē ⁊ rē: eo q̄ in-
tellectus vtit̄ t̄fo vice rei. Et ista habitudo ē suppō. Et
q: hoc nil reale est in termino nec in re/sed solū ter-
minus denominatur supponens ꝓ re ab actu intelle
ctus vtētis termino ꝓ re vel vice rei/ideo talis habi-
tudo non hēt aliquod eē reale/sed solum eē intelligibi
le: potest enim intellectus intelligēs sumere terminū
pro re/ideo relinquitur talem respectum eē ens ratio
nis/⁊ nullo modo ens reale. Et hoc lucidius intelligi
tur in terminis vocalibus ⁊ scriptis. Si enim ꝓferat̄
aut scribat̄/ly homo currit: ⁊ ly homo accipiat̄ ab inte
tu pro re quam significat: non ob hoc aliquid reale po
nit̄ aut remouet̄ a termino: sed ideo dr̄ ipsum suppone
re/quia intellectus vtit̄ eo sic/vel accipiens illum pro
ipsomet termino/vt in suppositione materiali accidit
vel pro re ꝓut fit in suppositione ꝑsonali. Et propter
hoc dictum ē in suppositionibus suppositionē eē̄ sum
quo intellectus vtit̄ pro re quia illud ens rationis vix
potest aliter explanari. Et aduerte quod per id quod
ibi dictum est / nolui intelligere suppositionem di-
stingui ab acceptione /sed q̄ inter se distinguerentur
ratione. Possunt enim entia ratiōis inter se differre
ratione sicut ly ꝯn̄s/⁊ ly sillogismus q̄ se hn̄t sicut su-
perius ⁊ inferius.

❡ Consimilr̄ de ampliatione ⁊ alijs ꝓprietatibus dr̄
ei pōt. Erit enim ampliatio formalr̄ sumpta habitudo
inter terminum amplectē ⁊ inter rem ꝓ qua sic acci
pitur. Appellatio erit inter terminū sumptum ꝓ suo
formali ⁊ alium sumptum pro materiali eius. Duas ḡ
vltimas opiniones teneo veras si intelligant̄ confor-
miter ad hec dicta: sin aūt teneo q̄d dixi. Que aūt enti
tas sit ens rationis supra dictum est.

❡ Ad argumētum distinguit̄ secunda ps aūtis: quia
vel sumit̄ acceptio actiue ⁊ sic cōcedit̄: vel formalr̄: ⁊ sic
negat̄. Ut dr̄ q̄ ē p̄dicatio causalis vt sēsus sit/suppō
est respectus ꝯn̄s acceptionem intellectus.

❡ Questio. 16.

Circa diffinitionē suppositionis ēt du
bitatur/an sit bene data? Et ꝓbatur q̄ nō. Nā
ly acceptio ponit̄ loco generis ⁊ conuertit̄ cum
diffinito: igit̄ non ē bene data. Cōsequentia tenet/quia
nec gen⁹ nec quod ponit̄ loco generis debz cōuertic̄
diffinito in bona diffinitione. Secunda pars anteced̄ē
tis ꝓbat̄: q: oīs t̄fs accept⁹ supponit ad min⁹ naturalr̄
⁊ oīs qui supponit accipitur.

❡ Ad hoc breuiter negat̄ scda ps aūtis. Nō. n. oīs
t̄fs accept⁹ supponit/nec naturalr̄ nec accn̄talr̄. Nam
vt in expositione dicte diffinitionis dictum est/suppo
sitio ē vsus quo vtimur termino pro re quam sigñat/
quod non oportet fieri in omni termino. Nam termi-
nus adiectiuus potest accipi pro aliquo/quando adie
tiue tenet̄: qui tn̄ nō supponit. Similr̄ t̄fs sigñans ali-
quid aliqualr̄ aduerbialr̄ pōt accipi ꝓ suo sigñato: ⁊ si
militer non supponit.

❡ Questio. 17.

Circa diffinitionem suppositionis ac-
cidentalis dubitat̄/quia non videt̄ bene data:
quod pz sic dicēdo/omnis homo fuit albus/ly
homo supponit ꝓ hominibus presentibus accidenta-
liter: ⁊ tamen sibi non competit diffinitio accidētalis
suppositionis: igit̄. Quod supponat ꝓ presentib⁹ pz/
q: si presentes homines sint nigri: ⁊ omnes preteriti
albi est falsa/ḡ. Quod sibi nō cōpetat diffinitio patet/
q: debet ille terminus accipi pro his ꝓ quibus exigit
suum adiunctum: sed illud ē copula p̄teriti tpis/ḡ tn̄
debet pro illis supponere.

❡ Ad hoc dubium duplex modus dicēdi re
perit̄: Sunt enim quidā dicentes in talibus ꝓpōnib⁹
s. quarum copule sunt de p̄terito vel de futuro/non eē
ampliationem quoad supponēm: sed quoad appella-
tionem solum: quod clarius appar et in terminis con-
notatiuis. Unde sumpta hac ꝓpōne/album fuit cur-
rens/dicunt significatum materiale quod ē id ꝓ quo
subiectum supponit/semp sumi ꝓ p̄terito: sed quoad
appellationem denotat̄ illū materialiter inē vel ī fuisse al
bedinem. ❡ Alia est opinio aliorum dicentium ly ho
mo stare ꝓ p̄teritis ⁊ presentibus etiam quoad sup-
positionem: ⁊ ista tenet̄ communiter ⁊ tanquam vera
tenenda est. Et prima posset improbari

❡ Primo sic/si illa esset vera sequeret̄ q̄ in casu quo
nunc sit primum instans esse sortis/hec esset vera/om
nis homo fuit/ꝯn̄s est falsum ⁊ contra modum conci-
piendi/ḡ ꝯn̄s tenet/quia ly homo tn̄ supponit ꝓ p̄teri
tis: ⁊ p ꝯn̄s non possumus descendere ad sortem: ⁊ sal
uat̄ appellatio. Nam humanitas inest vel infuit omni
homini qui fuit.

❡ Secundo im probat̄ sic/si illa opinio eēt vera/seq̄-
ret̄ hanc ꝯn̄am eē nullam/omnis homo fuit albus: sor
tes est vel fuit homo/ḡ sortes fuit alb⁹/ꝯn̄s ē manife-
ste falsum/ergo ⁊ opinio. Cōseq̄ntia tenet: q: tunc me
dium ꝓ pluribus accipet̄ vbi non distribuit̄ q̄ vbi dis-
tribuit̄: ⁊ alia plura incōuenietia adduci possent/que
breuitatis amore dimitto.

❡ Ad argumentum in oppositum negat̄ secunda pars
aūtis: ⁊ ad probationem distinguit̄ aūs. s. q̄ debeat ac-
cipi pro his ꝓ quibus exigit suum adiunctū vel secū
dū virtutē quā hēt ampliādi tale distinctū ante se: ⁊ sic
ꝯcedo: vl̄ sedm differentiā ꝓ qua vnit p̄dicatū eū subie
cto solum: ⁊ sic nego.

❡ Questio. 18.

Circa id quod dictum est. s. omnē ter-
minum mundi posse supponere tam intra q̄
extra ꝓpositionem/querit̄ an sit verum? Et ꝓ
bat̄ q̄ non/quia si dicam/omnis homo currit/existen
tibus duobus hominibus supponit tm̄ ꝓ illis: ⁊ si mo
riat̄ vnus supponit tantum pro vno/ergo si ille mo-
riat̄ pro nullo supponet.

❡ Et confirmat̄ p̄mo/quia hoc aggregatum homo ir
rationalis/pro nullo valet supponere cum de nullo sit
verificabile.

❡ Et confirmat̄ scdo/termini adiectiui adiectiue tēti
non supponunt/igitur.

❡ Ad primum dicit̄/ly homo supponere ꝓ omnib⁹
hominibus mundi naturalr̄: ⁊ solum pro illis duobus
accidentalr̄. Unū argumentum nō probat contra sen-
sum eorum q̄ dicta sunt in prima pte.

❡ Ad secūdum dicit̄/q̄ ad hoc q̄ aliquis ter min⁹ sup
ponat naturalr̄: non requirit̄ ipsum verificari ad min⁹
eū copula sue ꝓpōnis nec cū alia sibi simili: nisi sit copu
la de imaginario: Sed sufficit q̄ intellectus vtat̄ tali
t̄fo ꝓ aliqua re siue vera siue falsa sit ꝓpō.

❡ Dicit̄ secundo q̄ dictum illud debet intelligi de
terminis incomplexis ⁊ substantiuis substantiue ten
tis. Et hoc est quod ibi intellexi: ⁊ per hoc patet solu-
tio ad tertium.

❡ Dicit̄ vltra/veritatem ꝓpōnis in qua termini stāt

naturalr ⁊ accidentalr/iudicandã ẽ ꝑ suppositionem accidentalem vltimate licet presupponatur naturalis prout ex prima parte in introductionib᷑ colligi põt.

Questio.19.

Circa dicta de suppositione impropria querit an talis repiat in mente? Et videtur ꝙ nõ. Nam terminus mẽtalis nõ põt significare aliquid figurate sicut vocalis aut script⁹ ꝗ. Añs ꝓbatur. Nam figurata significatio ꝓsupponit propriam/⁊ addit illam quam terminus acquirit ex vsu ⁊ beneplacito loquentium. Hoc autem non habet locum in mẽte vbi t̃mi mẽtales significant naturalr quib⁹ nõ potest noua significatio supaddi sicut nec antiq̃ remoueri absq̃ ipsorum essentie destructione: igit.

Sed contra/terminus mentalis plura significans põt accipi ꝓ vno suorum significatorum/ꝗ ly philosoph⁹ põt accipi ꝓ vno singulari philosopho ⁊ hoc sufficit ad hoc quod supponat improprie cũ suppositio communiter nõ respiciat significationem/sed acceptionem: igitur.

Pro huius questionis enodatione sciendum circa eam esse duas opiniones. Quidam enim affirmant terminos mentales improprie supponẽtes subordinari conceptibus eisdem qb⁹ subordinant̃ qñ ꝓprie supponunt/ita ꝙ in significatione nulla sit differentia sed solum in acceptiõe ⁊ restrictione. Vñ quando dr̃/philosophus dixit vacuum non eẽ/ly philosophus in mente omnes philosophos significet: sed nõ ꝓ omnibus accipitur sed solum pro aristotele. Unde oratio sequens restringit ex communi vsu ly philosophus vt tantum accipiatur pro vno singulari. Probaturq̃ hoc/principaliter/ex cõi hominum sensu: non enim qui audit/comedi ollam statim intelligit comedisse carnes olle. Et sic de aliis impropriis suppositionib⁹ dici potest.

Alii vero oppositum defendunt tenẽtes tales terminos non subordinari eisdem conceptibus quibus subordinant̃ quãdo ꝓprie tenent̃. Unde quando dicimus/philosoph⁹ dixit hoc/ly philosoph⁹ tñ significat aristotelem. Rationes huius opinionis sunt he

Prima. Suppositio impropria ẽ/quando terminus accipit̃ pro illo quod figurate significat: sed cõceptus cui subordinat̃ ly philosophus ꝓut significat oẽs philosophos figurate significat aristotelẽ/ꝗ alr̃ dz sumi ꝙ quãdo significat omnes philosophos.

Secunda iste cõtradicũt/philosophus dixit vacuũ esse/philosophus non dixit vacuũ esse/ꝗ subiecta stãt singulariter: ergo subordinantur conceptibus singularibus.

Opiniones he licet possint defendi non tamen videntur enucleare naturam suppõnis ꝓprie secundũ quod ẽ in mente.

Sciendum igitur pro huius questiõis notitia ꝙ vt dictum est in terminis/significatio naturalis est triplex. Cõis/propria/⁊ ex instinctu nature ex quibus dimissa communi significatione/dicit̃ eẽ differentiam inter naturalem significationem ꝓpriam ⁊ ex instinctu nature. Nam ꝓpria significatio semp̱ repit̃ in re sic significante: ⁊ eius apprehensio repit̃ in potẽtiis vbi terminus taliter significans ẽ/dum tamen sit potẽtia cognitiua sibi cõnaturalis. Hoc dico/quia nũc nõ loq̃r in casu ꝙ deus supnaturalr põat aliquam notitiam i mẽte equi ꝗ pri⁹ fuit in mẽte hoĩs/nec ẽ ꝓsentia nego cũ diceret an sit ꝓpe. Significatio ãt naturalis ex instinctu nature/nõ omnis semp̱ nec in omni supposito est necesse eam repiri: nisi adsit viuacitas potẽtie/vel naturalis instinctus vel aliquid aliud. Vñ nõ omnis qui viderit fumum statim cognoscet ignem: vñ nec cõcept⁹ fumi statim generabit cõceptum ignis. Similr videmus ꝙ ꝓposita vna ꝓpositiõe vni homini educet plures cõclusiones quas rudior illo nõ põt deducere. Similr videmus/ꝙ passer visa palea ⁊ ꝑcepta eius specie i sensu communi vel fantasia vel estimatiua statim generat similitudinem habẽtem ortum ex prima: que repñtat paleam tãquam vtilem pro nidulo suo: ⁊ hoc si sit tempus nidificãdi/vñ colligit illam. Si vero tale tempus nõ fuerit illa secũda species nõ generat̃. Et sic accidit in hominibus: nam vnus cõceptus põt eẽ causa vl' occasio ꝙ alius generet̃/⁊ hoc aliquãdo fit interueniẽte instinctu naturali. Aliquãdo interueniẽte vsu. Aliqñ do precedẽte voluntate alicuius vel aliquo modo huic simili. Exemplum primi/ouis viso lupo format speciem lupi: ⁊ deinde speciem ipsius tãquam sibi inimici. Exemplum secũdi/generata specie soni campane generat̃ statim species lectionis vel comestionis. Exemplum tertii/gñata similitudine huius vocis homo/statim generatur similitudo hominis/que tamen nõ generaretur/nisi ad placitum illa vox significaret hominem:

His habitis dicitur/quod vox duobus cõceptibus potest subordinari. s. immediato ⁊ mediato. Cõceptum immediatum voco cõceptũ nalr̃ ꝓprie significãtem rem ad quam significãdam impositus est terminus ex primaria impositione. Mediatum vero voco illum qui generat̃ ꝑcedẽte alio cõceptu interueniẽte instinctu nature: vel viuacitate intellectus vl' aliquo vsu ⁊c. Nec ex hoc intelligas me velle ponere nunc significationem ex vsu distinctã a naturali ⁊ ad placitum sed loquor sic vt facilior sit doctrina.

Dicit̃ ergo ꝙ suppositio impropria ẽ quãdo terminus vocalis aut scriptus nõ accipit̃ ꝓut subordinatur cõceptui vltimato immediato sed mediato. Vñ dico/ꝙ omnis terminus supponẽs improprie subordinat̃ duobus cõceptibus vni immediate ⁊ alteri mediate: ⁊ respectu cõceptus immediati cõstituit̃ suppositio ꝓpria ⁊ respectu mediati constituit̃ impropria.

Dicit̃ ergo ꝙ quãdo dicit̃/philosophus dixit vacuum nõ esse/duplex cõcept⁹ generat̃. Unus cõis ⁊ confusus ⁊ alter distinctus ⁊ singularis. Primus gñat̃ ex primaria impositione. Et simul cum primo generatur secũdus ex quodam vsu vel beneplacito/quãdo dicimus/philosophus dixit mũdum nõ incepisse: vel aliquid huiusmodi. Et quãdo accipit̃ ꝓut subordinatur ꝑmo ly philosophus stat ꝓprie: quando vero secũdo/stat improprie. Similr quãdo dicit̃/comedi ollam/duplex cõceptus generat̃. Primus ipsius vasis vbi carnes coquunt̃. Secũdus ipsarum carnium: quãdo terminus subordinat̃ ꝑmo stat ꝓprie: quãdo vero secundo improprie. Similr quãdo dico/agnus dei/duplex cõceptus generat̃. Unus ex ꝑmaria impositione/⁊ ali⁹ ex quodam vsu/vel ꝑticulari applicatione ad xp̄m ratione similitudinis. Similiter quãdo appat et manifeste contrarium illius quod dicit̃/duplex cõceptus generatur: vt si dicam/iste est valde sapiens si cõstet esse insipiẽtem generat̃ tũc cõceptus sapiẽtis ⁊ insipiẽtis/vn⁹ ratione vocis/⁊ alius generat̃ ex viuacitate audientis ⁊ ꝑcipiẽtis ꝙ ille de quo alter loquit̃ est insipiens/ac ꝑinde secũdario format cõceptum insipiẽtis ratione rei ꝗ demõstrat̃. Et sic poteris discurrere ꝑ omnes species

suppositionum impropriarum: et reperies esse verissimum hoc. Et si dicas nō omnes expiri hoc. Dico q qui hoc non experitur, nō experimento cognoscit suppositionem impropriam, sed credit eam esse quia alii sic dicunt.

¶ Cōcludo igit ex istis q suppositio impropria pōt reperiri in mente et in voce, si cōceptus vltimatus non accipiatur p re quam naturalr ppriae significat, sed p illa quam significat secūdus cōceptus generatus p cedētē pma, siue hoc sit ratiōe viuacitatis intellect9, siue vsu alicuius, vel ratiōe beneplaciti alicui9: vel aliquorum: qd tm intelligo, dummodo interueniat mod9 aliquis ex dictis cōstituēs suppositionem improprīam.

¶ Ex his p3 quomodo neutra opinio supposita tetigit totalr verum. Nō pma, quia tūc suppositio impropria ad min9 antonomatica nō differret a restricta suppositione. Nec secūda, quia tūc qui audit hāc propositionem, comedi ollam, non formaret cōceptum nisi rerum carnium: cuius oppositum experimur. ¶ Scdo p3 ex istis solutio argumentorum, vt attente dicta inspicienti patet.

¶ Questio. 20.

Circa suppositionem synecdoticam queritur, An sorte carēte vna manu ly sortes supponat p toto residuo sinecdotice, si dicatur sortes est? Et vr q sic: quoniam ly sortes impositum est ad significandum totum: et nūc qn est sine manu accipitur p pte. Nam totum residuum est ps respectiue ad totum, quod erat quando habebat manū, igit stat sinecdotice. ¶ Si dicas totū residuū nūc esse quoddā totum et nō ps actualis: eo q ps actualis dz esse intra totum.

¶ Contra ergo dicēdo, sanctus petrus est in celo, ly sctūs petr9 nō stat sinecdotice p aia. S. petri. Pz: qz non est actualr pars.

¶ Sed cōtra est, quia sequeret q nullus termin9 singularis posset supponere pprie toto tpe durationis rei corruptibilis. Consequens est manifeste falsum, ergo ans. Vñ tenet: qz ad minus talis res variat semper ex parte materie.

¶ Ad hoc respondetur breuiter ad suppositionem sinechdoticam requiri duo. Unum est q terminus significans totum stet p pte vel p illo qd pōt esse ps. Secūdum est, q in illa pte nō possit saluari rō totius: Toti9 inq̄, s. rei cuius res p qua supponit terminus sinechdotice est ps vel pōt esse. Unde quia in illo toto residuo, s. in sorte abscisa manu saluat ratio hominis et nō solū aia sola: ideo li sortes ibi nō stat im ppe: sed bñ in alia de qua dr in replica.

¶ Questio. 21.

Circa suppositionem materialem queritur, an possit reperiri in mēte? Et pbat q nō. Quia qn terminus mētalis stat materialr aut stat p re quam naturalr ppriae significat, aut p seipso secūdum q se naturalr communiter signat. Nō pmum quia tunc stat formalr. Nō secūdum, qz tūc op3 q stat mediāte conceptu reflexo: sed ille cōceptus reflex9 stat formalr cū accipiat p directo quē naturalr ppe signat: ergo et ille directus stat formalr.

¶ Sed cōtra, omnis terminus stās formalr accipit p illo quod stricte signat: sed trs mētalis scdm q seipsum cōmuniter signat nō signat se stricte, ergo nō stat formalr, sed materialr.

¶ Pro huius. q. enodatione sciēdum q (vt communiter dicit) nulla res mūdi repñtat seipsam, nisi mediāte similitudine sua vel aliena realr distincta ab ipsa re repñtata: excepta eēntia diuina secūdum omnes, et lux scdm aliquos excipit etiam. Unde si color significat se naturalr communiter hoc ē mediāte specie coloris. Et si materia pma vel aliquid aliud representat se: hoc est mediāte specie alicui9, s. forme vel alicuius alterius. Cōsimiliter si terminus mētalis repñtat se hoc est mediante aliquo cōceptu reflexo. Unde si itellectus velit cognoscere cōceptum quem formauit, quādo intellexit hominem vel aliquid aliud, op3 intellectum formare alium cōceptum qui sit similitudo pōris cōceptus: et mediāte illo intelligit primum. Nam qn intellectus intelligit rem aliquam ad extra similitudo illius rei nō est id quod cognoscit, sed id mediāte quo cognoscitur, vel id in quo res cognoscitur: et sic si volumus cognoscere illam rem que est similitudo alterius rei scdm q quedam res distincta est ab ea cuius ē similitudo, oportet nos formare aliam similitudinem illius similitudinis, sicut si similitudo coloris in aere esset modo visibili: et vellemus videre eā, oporteret nos habere aliam similitudinem in oculis pōris similitudinis: sicut accidit qn aspicimus imaginem nostrā i speculo relucentem.

¶ Dicit ergo q quādo trs mētalis accipit p seipso, et nō p re quam naturalr ppie significat tūc stat materialiter sicut ly homo stat materialiter: qn p seipso et nō p re que est homo accipit. Unde ad argumētum datur secūdum membrum: et ad huius improbationem cōcesso añte toto negat ɔña. Et ratio ē, quia si dicam, ille termin9 homo ē dictio bisillaba ly homo stat materialiter et totum illud, ille terminus, stat formaliter et illi duo termini stātes formalr faciūt alium stare materialiter: Et vltra ly homo stās i voce p seipso accipitur ab intellectu p ipsomet ly homo mediāte cōceptu nō vltimato qui tamē cōceptus nō vltimatus formalr supponit p illa voce cum illam naturaliter proprie significet. Unde non inconuenit terminum stare materialiter interueniēte suppositione formali: et sic dicitur de illo cōceptu, s. q stat materialr: licet nō possit accipi p se ipso: nisi mediāte cōceptu reflexo supponēte pro illo formalr: sed hoc nō obstat quin trs directus stet materialr vt ex exemplo in trō vocali p3.

¶ Questio. 22.

Circa suppositionem materialem, queritur, qualiter supponat subiectum huius ppositionis, sortes et plato sunt termini? Si dicas materialr. Cōtra, ly et stat significatiue et est ps subiecti: igitur nō stat materialr. Si dicas psonaliter, cōtra ptes stāt materialiter, ergo nō stat psonalr.

¶ Ad hanc difficultatem duplex est dicendi modus. Quidam enim dicunt totum subiectum supponere psonaliter, eo q ly et stat significatiue: et q totū subiectum supponit psonaliter p suis ptibus: Alii vero asserūt tale subiectum supponere materialr: licet ly et teneat significatiue: quia (vt aiunt) ly et nō efficit ps extremi. Quod pbat, quia pdicatum de illis solis ptibus dicit, et nullo modo de ly et.

¶ Mihi vero duo videntur esse dicēda. Primum, q ly et efficit ps extremi. Scdm, q illud subiectum non stat totalr materialr, nec totalr psonalr, sed mixtim tenetur. Uolo dicere, q vna ps stat psonaliter et alie due supponūt materialr. Dico notāter vnam partem stare personaliter, s. ly et quia sincategorema nō possunt stare sic vel sic: dicere nō possint supponere: nisi quando

materialiter tenetur. Unde dico q subiectum illius supponit materialiter et stat psonaliter copulatim: et nō diuisiue. Et psuadet hoc / quia si dicam / sortes et ly plato sunt entia / clarum est totum subiectum nō stare mere psonaliter nec mere materialiter sed mixtum / cum vna pars materialiter et alia psonaliter nec totū mere psonaliter supponat. Et ad argumentum factū ly et nos effici partē extremi. Negat pña: quamuis pbes quia qñ subiectum ē copulatum complexiue sumptum vt ibi est / opz pdicatum dici de subiecto scdm q includit omnes ptes. Negatur hoc si indifferēter de ptibus categorematicis et sincategorematicis dicat. Non .n. opz q pdicatum cōueniat pti sincategorematice tā quam de qua dr subiectum: sufficit pdicatum dici de pte categorematica disposita p sincategorematicā. Nam si dicam / omnis homo est sortes supposito ly omnis effici ptem extremi / nō est necesse q ly sortes cōueniat illi pti omnis et illi pti homo: sed q cōueniat illi pti homo disposite per ly omnis. Et hoc quod dictum est intelligo sumpto ly et nō vnice. Si vero petas quid dicēdum sit qñ tenet vnice: tunc dico illud aggregatum nō posse sumi vnice: nisi omnes ptes sient materialiter: vel nisi intelligatur ibi vnus terminus tētus significatiue. Et si omnes ptes stāt materialiter / tūc illa propositio erit falsa: ista tamē erit vera: sortes et plato ē copulatum. Si vero subintelligatur terminus significatiue tētus ita vt sit sensus iste / tale aggregatum sortes et plato est copulatum. Ratio huius ē / quia si sumat vnice dz habere vnicam suppositionem distinctam a suppositionibus partium quam nō potest habere si vna pars stet psonaliter et alia materialiter nisi (vt dictum ē) subintelligamus aliquē terminum significatiue tētum: et tūc posset dici totum stare psonaliter: ratiōe termini subintellecti / sicut si dicam / iste terminus ly homo est vox: totum stat psonaliter: licet ly homo stet materialiter: et sic in alia ppositione totum categorematice stabit psonaliter: et quoad ptes mixtim. Et forte propter hoc dixerunt primi illud copulatū stare psonaliter psuis ptibus.

Questio. 25.

Circa suppositionem simplicem queritur de hac ppositione / creauit deus hominem ad similitudinem suam / an sit vera: Et videt q nō quia si sic tūc ly homo staret p viro et femina: secūdū q cōueniūt in vna specie / hoc est falsum: igitur et ppositio. Añtis falsitas pz sic / creatio terminat ad eē existentie vt communiter dicunt theologi et in libro de causis hr: sed vir et femina nō habēt vnum eē existentie cum sint distincta supposita: igit ly homo nō stat p viro et femina.

¶ Sed contra / quia in sacra scriptura sequitur / masculum et feminam creauit eos: ergo ly homo pcedēs p eodē supponit vel p eisdē: sed ly eos stat pro duobus: ergo ly hō: sed nā staret si supponeret psonaliter / ḡ stat simpliciter.

¶ Pro huius questionis enodatione sciendum ē breuiter qualiter plura īdiuidua speciei possint dici esse aliquid vnum. Scdm est / an creatio terminet ad essentiam vel existentiam. Et hoc breuiter quia altioris negocii ē hec exacte determinare.

¶ Sciēdum ḡ q in via thomistarum ois forma specifica secūdum se nō plurificat īdiuidualiter. Unū si plures forme substātiales reperiūt distincte numero hoc est rōne materie signate: et ob hoc dicit pluries. D. S. q principium indiuiduationis est materia signata qñtitate. Circa cuius dicti sensum varie versantur thomistarum dicta nec intellectu facilia. Crediderim tamen ego. D. S. nil aliud p verba illa voluisse exprimere: nisi q radix et origo vnde forma substātialis indiuiduari incipit ē materia sic. s. Imaginemur nūc formā generādā tunc liquidū est nō debere recipi in tota materia mundi: ergo debet illa materia in qua recipi debet esse distincta ab alia actu vel potētia: et si potētia tātum opz vt prius reducat ad actum: ita vt fit materia hec et non illa. Et quia non potest esse distincta nisi mediante quātitate / primo intelligimus hanc quātitatē diuidentem hanc materiam ab alia et postea pcipimus agens introducere has dispositiones que sunt iste numerice et non ille / rōne huius subiecti in quo sunt et deinde pcipimus istam formam educi de potentia materie et non illam / rōne harum dispositionum: et sic agēs particulare volens producere vnam formam in materia dispositione primo diuidit illam: et post producit in materia et sic principium primum hui9 distinctionis est quātitas vel materia sub quantitate. Ideo dixit. D. S. materiam signatā quātitate esse principiū indiuiduationis: et hoc idem accidit in creatione animarum: Nam nunc deus creat istam animam numero et nō illam / quia videt has numero esse dispositiões in ista materia et non illas: et vult creare animam proportionatam illis dispositionibus. Si vero querat de materia prima et prima forma quas deus creauit. Dicitur quod creauit materias simul (secundū thomistas plures) distinctas specie: et tunc ille materie distinguūt specifice rōne formarum ad quas ordinant. Materie autem que tantum distinguunt numero dicit q distinguūt p quantitatem: et quantitates distīguūt numero seipsis. Et similiter forme distincte specifice distinguūt realr seipsis. Si vero sint tantum distincte numero distinguūt p materiam: vt dictum ē. Et h omnia fuerint simul tempore facta. s. quantitas et materia et forma. Semper tamen saluat ordo nature qui esse si nō simul fuissent creata vt doctores affirmant.

¶ Et si dicas contra / quia quantitas indiuiduat per substātiam nego tibi in rōne qnātitatis. Pro q̄ vide D. S. sup boetium de tri. q. 4.

Sed contra hec sunt duo dubia. Primū / Sala sortis et anima platōis distinguūt essentialr numerice: et tamen eorum materie nec sunt eorum anime nec ptes animarum ḡ tales anime nō distinguūt per materias. Añs ē notum: pña vero pbat: q: differentia q̄ facit differre eēntialr opz quod sit essentia vel de essentia rei.

¶ Scdm ē / de9 pōt creare sine qntitate materias distinctas numero / ergo tales non distinguntur per quantitatem.

¶ Pro hoz solutiōe dicit / q aliquid differre ab alio eēntialr potest dupliciter intelligi. Uno modo vt illud alid sit differētia sumpta ab intrinsecis rei: et tūc verum ē q omnis differētia eēntialis debet eē vel eēntia vel ps essentie rei differētis. Alio mō sumit ab extrinseco: eo q talis res sua pte natura ordinat ad aliud: et tūc non opz talem differentiam eē essentiam vel ptem essentie rei differentis / sed sufficit rem differentē nullo pacto posse intelligi esse hanc rem specifice / vel hanc numerice: quin intelligat id quod dicit eē illius differētia. Et isto modo dicit quod actus distinguunt per obiecta et potentie p actus et etiam virtutes distinguunt p obiecta. Et isto modo forme materiales distinguunt per materias. Unū dr tales formas esse entia relatiua nō quidem de predicamento relationis sed transcēdentalr. Et id

ut dicendum est de materia prima: Talis.n. entia ex natura rei ordinantur ad aliud/ nõ p respectum sup additum. Et ex his p3 solutio ad primum. ¶ Ad secũ admissa possibilitate casus: q2 tũc magis vrget argumentum/ distinguitur oñs. l. p quãtitates actualr existẽtes ⁊ sic cõcedo: vel possibiles: ⁊ sic nego. Dr ergo q nõ põt creari materia hec/ quin habeat ordinem ad talem quantitatem. Sed dices cõtra quia hec numero materia põt saluari sub maiori ⁊ minori quãtitate: vt p3: quia põt materia rarefieri ⁊ cõdensari. Ad hoc dicitur q disiunctum ex omnibus quãtitatibus numerice sumptis in quibus põt hec materia subsistere/ erit eius differẽtia indiuidualis. An autem implicet contradictionẽ materiam sine quantitate posse creari/ nõ ẽ necesse in presenti determinare.

¶ Ad ergo ad prius dicta reuertamur/ dr: q si. a. ⁊. b. distinguuntur p. c. si nõ intelligitur. c. nõ põt intelligi. a. ⁊ b. vt distincta. Cum ergo sortes ⁊ plato (vt notum ẽ) cõueniãt in specifica quidditate ⁊ differunt penes principia indiuiduãtia q originantur ex materia signata quãtitate/ si talia principia nõ intelligãtur tũc id quod ẽ sortes ⁊ id quod ẽ plato nõ distinguetur in illa intellectiõe: ⁊ p oñs erũt vnũ intelligibile. Et sic põt dici vnũ inquantum hãrreatur vnde põt fundare vnum cõceptum quidditatis specifice. Et quia in specie humana vir ⁊ femina sunt vnum dixit scriptura/ creauit deus hominem in singulari. Quia vero distinguitur spẽ in gñe sexus dixit/ masculũ ⁊ feminã creauit eos/ loquens i plurali. Et hoc sufficiat pro questionis solutione.

¶ Pro p̃mo argu. dr/ q cum essentia non creetur nisi vt existat ⁊ existẽtia sit actualitas cuiuslibet rei: ideo dr creationem terminari ad existentiã quia. s. est vltimatus tẽs: Nihilominus etiã creatur essentia/ immo in christo sola eẽntia humanitatis ẽ creata: ⁊ nõ existentia christi diuina: vt habet. d. s. in plurib9 locis.

¶ Sciẽdum vltra/ q quando creatur essentia substãtialis semper creatur suppositum: ⁊ creato supposito creatur natura que in eo saluatur/ ⁊ per cõsequẽs dici potest q species creatur rõne suppositi in quo est: ⁊ z primaria intẽtione intendatur species. Nam si species posset esse sine supposito per se crearetur. Et ob hoc sacra scriptura voluit notificare creationem speciei dicens/ creauit deus hominem ad imaginem ⁊ similitudinem suam. Et vt non intelligatur hãc speciem ẽẽ creatam tãtum i vno indiuiduo/ addidit masculum ⁊ feminam creauit eos.

¶ Dicitur q creationẽ terminari ad speciẽ ẽ p alterũ: lz sit intẽta ẽ p se: ⁊ terminatur ad suppositũ ẽ p se: lz sit fictũ ẽ p alterũ: Nec ista repugnãt sumẽdo ẽ p se vt opponitur ad ẽ per alterũ. Nã nõ ẽ necesse ẽẽ eundẽ ordinẽ in intentione ⁊ executiõe/ quando aliud non compatitur natura rei. Et sic patet qualiter ly homo stet simpliciter: eo mõ quo in prima parte paruorum dictũ ẽ.

¶ Ad argumẽtum in oppositũ cõceditur oña: ⁊ ad pbationem p3 solutio ex dictis. Vide auto. in gene. cap. i.

¶ Questio. 24.

Circa suppositionem discretam queritur/ an sit dabilis aliquis terminus specificus siue communis significans substantiam angelicam: vel formam a materia separatam? Et videtur q non. Nam tales forme indiuiduãtur seipsis: ergo ex ratione sua formali specifica habẽt q sint indiuidue/ ergo rõ specifica ⁊ rõ indiuidualis sunt eedem/ ergo nõ potest dari aliquis terminus communis. Hoc declaratur sic: sit a. significans vnum angelum sub conceptu specifico illius speciei. s. quam cõstituit ille angelus: ⁊ sit b. terminus significans eundem angelum sub conceptu singulari ⁊ discreto/ Tũc sic arguo/ illi conceptus sunt omnino idem: igitur habetur intẽtum. Quod autem idẽ p3/ quia rõ indiuiduacionis ẽ rõ specifica ⁊ ⁊ rõ ẽ idem q cõceptus: igitur: quod si neges potest sic pbari: Si rõ specifica nõ ẽ p se indiuidua/ ẽ per aliquid aliud potest indiuiduari/ ergo possunt esse plura indiuidua in illa specie: cõsequẽs ẽ cõtra. D. S. igitur. Consequentia tenet/ q ob hoc quidditas hominis potest plurificari/ q. s. nõ p seipsum/ sed per materiam signatam indiuiduatur. Et hoc habetur expresse ex. D. S. in de ente ⁊ essentia ⁊ prima parte: ⁊ multis alijs locis.

¶ Sed contra/ ly sol est terminus communis (vt communiter tenetur) ⁊ tñ non est nisi vnicũ indiuiduũ in specie solis: igitur hoc poterit ẽẽ in terminis significantibus angelos.

¶ Pro huius questionis notitia sciendum quod ratio specifica potest cõsiderari dupliciter. Vno modo ex pte rei: alio modo ex parte intellectus nostri tunc consideratur ex pte rei: qñ res ipsa intelligitur a nobis sicuti est. Et si stante hac intellectione reperimus multitudinem indiuiduorum sub vna specie/ dicetur tunc ipsa ratio specifica vniuersalis ⁊ multiplicabilis realr ⁊ simul secundum nostrum modum intelligendi: ⁊ sic rõ specifica reperitur in rebus corruptibilibus. Aliquãdo non intelligimus rem sicuti ẽ/ sed ad modum aliarum rerum: ⁊ tunc conceptus formatus de tali re hab3 aliquid ex modo significandi simile alijs conceptibus/ ⁊ tunc potest dari aliquis cõceptus cõmunis vel vniuersalis non secũdum rem representatam: sed ex modo representandi quis non omnino repñsentat rem sicuti ẽ. Vnde quando ego cõsidero quid sit homo/ non descendendo an sit talis quidditas indiuiduata p se vel per aliud/ formo conceptum communem. Ita si considero quidditatem que ẽ in michaele/ non cõsiderando an sit indiuiduata per se necne p alind formo cõceptum communem differenter tamen. Nam primus ẽ communis ex pte rei repñsentate ⁊ cõceptus repñsentantis. Sed secũdus ẽ tñ communis secundo modo: ⁊ hoc puenit ex imperfecta intellectione nostra. Et sic p3 solutio. q. Quãdo vero arguitur sic/ forme separate indiuiduantur seipsis: vt ex sua rõne specifica/ distinguo realr extra intellectũ nostrum cõcedo: secundum nostrum modum intelligẽdi nego. Si volueris amplius hanc difficultatem cognoscere/ lege reuerendissimum cardi. caye. in opusculo de ente essentia cap. 4. q. 5. ⁊ cap. 4. q. 7. Vnde ⁊ poteris solutionem accipere argumẽtorum omnium que hic fieri possunt.

¶ Questio. 25.

Circa diuisionem qua diuiditur terminus cõmunis in terminum communem in significando tñ/ ⁊ in supponẽdo tñ/ ⁊ in significando ⁊ supponẽdo simul/ queritur an diuisio sit bene data? Et pbatur q non/ nullus ẽ terminus cõmunis in supponendo quin etiam sit communis in significando/ ẽ diuisio nulla. Añs p3: ẽ terminus cõis in supponẽdo/ ergo supponit cõmuniter/ ergo significat communiter: igitur ẽ communis in significando. Prima cõña est nota ⁊ secunda probatur: q2 oĩs terminus supponẽs significat id pro quo supponit.

¶ Ad questionem respondetur affirmatiue Et ad argumẽtum respondetur negando añs/ ⁊ ad pbationem concessa prima cõña distinguitur cõsequẽs secundo cõñe: vel loquẽdo de significatione qua terminus significat suũ significatum materiale/ ⁊ sic cõceditur vel de si-

gnificatione qua significat aliquid formaliter: et sic nego. Unde dico verum esse quod non est reperibilis terminus communis in supponendo tantum/ quin sit etiam in significando quo ad significatum materiale; non tamen quoad formale. Nam si ly .a. imponatur ad significandum unam albedinem singularem concretive quam deus ponat successive in sorte et platone: sic propositiones sunt vere sortes erit .a. et plato erit .a. Sensus prime propositionis est/ sortes erit hanc albedinem habens: et sic dicatur de secunda. Similiter si ly iesus tantum significet humanitatem christi in concreto/ ly iesus erit terminus communis in supponendo tantum. Nam potest filius dimittere humanitatem et post eandem assumere de potentia absoluta: et sic ly iesus erit terminus communis in supponendo tantum/ licet non omnino sicut ly homo: Et sic saluantur tria membra distinctionis predicte.

¶ Questio .26.

Circa ea que dicta sunt de negatione/ queritur an negatio aduerbialis posita in capite copulatiue cadat in eam et in suas partes: an solum cadat in copulam coniunctionalem sicut fit in conditionali? Et probatur quod solum cadat in copulam coniunctionalem sicut fit in conditionali.

¶ Primo sic/ copulatiua negatiua equiualet (secundum omnes) disiunctiue affirmatiue de partibus contradicentibus/ ergo partes tales copulatiue non negantur. Consequentia manifestatur in his propositionibus/ non homo currit et leo est/ nullus homo currit/ vel nullus leo est/ que inter se equiualent. Nam dicitur communiter partes illius disiunctiue contradicere partibus illius copulatiue negatiue: quod partes copulatiue non negantur: alioquin tunc non solum tota propositio toti propositioni/ sed eius partes inter se equipollerent.

¶ Secundo sic/ cum ly non preponitur huic copulatiue/ homo currit et deus est: aut secunda pars efficitur impossibilis: vel remanet necessaria. Si primum/ contra retinet semper suam propriam et naturalem significationem/ ergo non efficitur impossibilis. Si secundum habetur propositum. Si vero dicas secundam partem non effici impossibilem: sed bene aggregatum ex ea et negatione.

¶ Contra/ quia negatio et illa pars non faciunt unum: ergo et cetera.

¶ Sed contra/ negatio est malignantis nature destruens quicquid inuenerit post se: sed post se reperit partes copulatiue: igitur.

¶ Respondeo/ quod in hac questione sunt due opiniones extreme. Quidam siquidem tenent partem affirmatiuam. Alii negatiuam/ qui et si differant quoad modum causandi effectum negationis/ non differunt in effectu. Uolo itaque dicere/ quod omnes concedunt eundem sensum in copulatiua negatiua: differunt tamen in hoc quod quidam dicunt illum sensum causari ex eo quod negatio cadit in totam categorematice et non in partes. Alii vero asserunt hoc fieri a negatione cadente supra quamlibet partem hipotetice. Mihi vero videtur rationabilior .2. opinio et hoc probatur.

¶ Primo sic/ sumo istam propositionem/ homo currit et leo est: et sic arguo/ hec propositio affirmat significata partium et simultatem earum ratione de ly et/ ergo negatio superueniens debet omnia ista negare/ ergo debet cadere supra partes. Antecedens patet: quia ad veritatem copulatiue requiritur veritas vtriusque partis simul. Consequentia tenet/ quia negatio negat quicquid reperit affirmatum/ alias non causaret sensum contradictorium. Consequentia vltima nota est: igitur et cetera.

¶ Secundo/ si negatio non caderet in partes copulatiue/ sed ista equipolleret/ homo currit non et leo est: homo currit vel leo est: quod est falsum: consequentia tenet/ quia solum per se negaret ly et: et ly et negatum equiualet ly vel. Et probatur hoc: quia eodem modo per se negat negatio in copulatiua et in conditionali: sed in conditionali non negat nisi ly si/ et cetera.

¶ Tertio/ quia si hoc esset verum/ sequeretur quod non referret dicere/ homo currit non et leo mouetur: non homo currit et leo mouetur. Consequens est falsum: ergo et antecedens. Consequentia tenet/ quia non refert dicere sic/ animal currit non si homo currit: vel sic/ non animal currit si homo currit. Falsitas consequentis patet: Nam in casu quod omnis homo sedeat et omnis leo currat/ prima est falsa et secunda vera: et quod prima sit falsa/ patet: quia quelibet pars eius est falsa/ quod potest manifestari per hanc/ homo currit/ vel nullus leo mouetur. Ueritas secunde patet per suam equiualentem/ nullus homo currit vel nullus leo mouetur. Si forsan dicas primam equiualere secunde/ licet negatio sequatur: quia intelligitur negare etiam primam partem. ¶ Contra ergo si ponantur mille categorice coniuncte per ly et affirmatum et tandem ponatur ly/ et in fine negatum/ illa negatio negabit omnes categoricas precedentes: quod si concesseris non videtur mihi amplius arguendum: nam ita poteris concedere quodcumque inconueniens quod hinc inferri potest.

¶ Argumenta vero oppositam opinionem probantia non videntur concludere: Pro quod ea respondendo distinguitur sensus propositionis illius in primo argumento allate. scilicet copulatiua negatiua equiualet disiunctiue affirmatiue de partibus contradicentibus/ vel intelligendo quod partes disiunctiue contradicunt partibus precedentis copulatiue negatiue: et sic conceditur: et partibus negatiue vel negatiuis est: et sic negatur. Erit in isto primo sensu debet sumi si debet esse vera: alioquin negatur propositio illa.

¶ Ad secundum bene responsum est vsque ad replicam: et quando dicitur quod illa pars et negatio non faciunt vnum: distinguitur predictum et sic concedatur cum residua parte et sic negatur. Nam ex negatione et illa parte et altera parte constituitur tota copulatiua. ¶ Secundo distinguitur/ quod illa pars et negatio non faciunt vnum formaliter et sic transeat/ virtualiter et sic negatur. Nam tantum facit illa vnica negatio quantum tres facerent si prima tantum caderet in primam partem et secunda tantum in ly et: et tertia in secundam partem. Et ex hoc poterit formari alia ratio contra istam opinionem sic/ tantum facit illa negatio vna existens quantum ille tres disposite vt dictum est/ sed ille negationes agerent in partes/ ergo et illa negatio vnica.

¶ Circa dicta de ly nisi / non videtur nunc amplius dicendum: nisi quod sumitur dupliciter. Uno modo conditionaliter/ alio modo exceptiue. Quando sumitur conditionaliter/ facit sensum positum secundum exemplum datum in prima parte istius tractatus. Quando vero sumitur exceptiue vt hic/ nullus homo nisi sortes est albus/ debet exponi sicut propositio vbi ponitur ly preter. Qui autem amplius circa hoc videre voluerit/ videat tractatum petri hispani de sincategorematibus.

¶ Questio .27.

Circa secundam regulam suppositionis confuse tantum queritur/ qualiter supponat ly equus in hac propositione/ tantum hominis equus currit/ sumpto ly tantum vt excludat ab opposito partis? Si dicas quod confuse tantum. Contra/ quia in secunda exponente distribuitur sicut et predicatum/ igitur stat distributiue. Antecedens patet: quia secunda exponens est/ nullus non hominis equus currit. Si dicas quod distributiue. Contra quia est terminus pertinens ad subiectum propositionis exclusiue.

¶ Ad hanc difficultatem / dupliciter potest

respõderi. Primo sm̃ regulam positam in exponibilibus: et sic dr̃ ꝙ supponit mixtim. Alio modo sm̃ regulas positas in suppositionibus: et tũc dr̃ illum tm̃ stare distributiue. ¶ Et ad argumẽtũ factũ ꝫ hoc dr̃, ꝙ regula ẽ intelligẽda de termino ptinente ad subiectum si tñ fiat exclusio ab opposito talis t'i: alias idẽ ẽ iudiciũ de illo sicut et de predicato.

¶ Questio. 28.

Circa dicta in relatiuis de relatiuo aequalitatis qñ scribebam illa proposuerã hic exponere large illam maximam. Omnis notitia cõparatiua representat vtrũqz extremũ: eo ꝙ ex illa sumpta fuisset maior cuiusdam sillogismi ibi positi. Sed nunc breuitatis gratia nolo dicere: nisi tantum ea q̃ sufficiunt ad illam maiorem intelligendam. Dicitur ergo ꝙ conceptus comparatiuus est duplex. Unus ẽ cõceptus ratione similitudinis comparatiuus. Et alius est comparatiuus ratiõe dissimilitudinis vel differentie. Exemplum, intelligo sortem et platonem et cõcipio illos esse similes in albedine, et dissimiles in scientia. Primus ꝯcept9 illorum hr̃ ẽ rõne similitudinis. Et secũdus in ratione dissimilitudinis. Item dicitur ꝙ vterqz conceptus potest haberi in actu signato et acto exercito. Exemplum primi. Si concipiam similitudinem in communi vel differentiam in communi: tunc non representantur extrema saltem distincte: quia tunc ꝯcipitur relatiuum per modum absoluti. Similiter si aliquis cõcipiat relationẽ vt sic: non potest referre illam ad aliud sicut quando concipitur pater vt sic: vel filius vt sic. Ex hoc liquet exemplum pro actu exercito: scilicet, ꝙ tunc est conceptus comparatiuus in actu exercito, q̃ñdo ambo extrema distincte et perfecte concipiuntur, et ratio comparationis illorum. Ex his patet qualiter intelligi debeat maior sillogismi in prima parte hui9 tractatus positi.

¶ Questio. 29.

Circa dicta de positione añtis loco relatiui reciproci, Aduerte ꝙ qñ añs ẽ termin9 discretus bene potest poni semp añs loco relatiui: siue ꝓpositio fuerit affirmatiua siue negatiua. Quñdo vero ẽ termin9 communis et añs et relatiuum sunt in recto et extrema simplicia: si relatiuum et antecedens stant determinate potest poni antecedẽs loco relatiui si ꝓpõ fuerit affirmatiua. Ut bene valet, homo est ipsemet: ergo homo ẽ homo. Si vero fuerit negatiua, potest poni antecedens distributiue. Ut bñ valet, homo nõ est ipsemet: ergo homo est non hõ. Si vero antecedẽs et relatiuum steterint distributiue potest poni antecedẽs stãs confuse: vt bene valet, omnis homo est ipsemet: ergo omnis homo est homo: quia illa distributiua relatiue equiualet non distributẽ absolute: sicut determinata illius propositionis, homo non est ipsemet, equiualet distributiue absolute. Dicitur quando ambo sunt simplicia: quia non valet, omnis homo videt hominem, ergo omnis homo videt se. Non tamen negandum est quod aliquãdo non teneat nam bene valet, quilibet equus hominis quilibz equ9 ipsius met ẽ: ergo quilibet equus hominis qlibz equ9 hominis est. Utpz in secũdo argumẽto ꝯtradietoriatum primi tractatus.

¶ Questio. 30.

Circa dicta in tractatu ascensiua et descensus q̃ritur an sint vera? Et arguit ꝙ nõ: qr hec propositio, pater et filius sunt homo est vera: in casu quod pater et filius assument eandẽ naturam humanam: et tamen eius descendẽtes sub predicato sunt false: ergo regule descensus nulle. Et loquor in via. D. S. asserentis dictam propositionem veram vt patet tertia. p. q. 5. articulo: 6. ꝙ descẽdentes sint false patet: quia iste sunt false, pater et filius sunt iste homo: vel pater et filius sunt iste homo: et iste sunt eius descendentes: ergo. Quod iste sint false pz, qr siue ꝑ ly iste demonstretur pater siue filius ambe sunt false: eo ꝙ subiectum stet pro duabus personis simul et predicatum pro vna tantum. ¶ Forsan negabis ly homo stare determinate sed confuse. ¶ Cõtra hoc arguitur dupliciter. Primo: quia etiam si stet confuse tantum descendendo disiunctim: ꝯñs erit falsum: quia ꝓ nulla parte disiuncti propositio redditur vera quod requiritur stante subiecto complexiue vt sumit in ꝓposito. ¶ Scdõ, qr volo ly hõ teneri determinate in q̃ sensu vr̃ ꝯcedi a. D. S. Una. n. natura determinata ponit assumpta in casu proposito.

¶ Ad. q. respõdetur affirmatiue: et ad argumẽtum negatur scdã ps añtis: et ad ꝓbationẽ distinguit scdã ps añtis. s. ꝙ ille sint eius descẽdẽtes: vel oẽs et sic nego: aliqne et sic cõcedo. Dico ergo ꝙ vltra patrem ꝑ se: et filium per se, demonstratis ambobus simul debemus dicere pater et filius sunt iste homo, ita. s. vt li iste homo solum singularizet naturam humanam: et sub ea demonstret duas personas, ita vt sensus sit, pater et filius sunt hi habentes hanc humanitatem. Consimiliter sub predicato huius, pater et filius et spiritus sanctus sunt deus, possumus descendendo demonstrare quamlibet personam et naturam in concreto, et tunc habebit veram illam descendentem in qua talis natura sic demonstratur. Proportionabiliter dicendum erit de hac, pater et filius sunt vnum principium spiritus sancti. Possumus enim demonstrare simul patrẽ et filium secundum ꝙ sunt: vnum in virtute spiratiua, et sic poterimus demonstrare essentiam diuinam in cõcreto: prout est virtus spiratiua in patre et filio. Et loquor sumendo omnia ista predicata determinate. Nã doctor sanctus dixit non licere sub predicato istius vltime descendere: eo ꝙ staret confuse in quo sensu sumebatur ab ipso. Et illa coincidit cum simplici: vt ex dictis hic et alias patere potest.

¶ Non videtur autem esse necessarium aliqua alia superaddere, nõ quod non possint, sed qr parue vtilitatis sunt, et plurima scripta sunt ab aliis.

¶ Aduertendum tamen ꝙ quando in secundo notabili (vbi ponitur modus descendendi in suppositionibus mixtis) dicitur in hac propositione, cuiuslibet hominis quilibet equus est, d. animal: prius esse descendendum sub ly equus: et postea sub ly animal et postremo sub ly hominis: eo quod si prius descenderet sub ly hominis argueretur ab vna determinata ad plures: intelligitur si descendendo poneretur ly. d. in descendentibus: et si non poneretur aliquid descendendo sic, istius hominis quilibet equus est animal arguetur a determinata ad confusam ex parte illius termini hominis. Uolo dicere ꝙ descenderetur tunc sub ly hominis eodẽ mõ sicut si respectu illius stetisset cõfuse. ¶ Et si dicas cõtra, ẽt descẽdẽdo prius sub li equ9: arguit ab vna determinata ad plures, ergo hoc dictũ nihil est. ¶ Ad hoc distinguit añs: vel respectu ꝑtiũ multitudinis termini respectu cuius in añte stabat determinate, et sic nego: vel respectu ipsius met multitudinis remanẽtis in descẽsa et descẽdẽtib9: et sic ꝯcedo, sed hoc non inconuenit.

¶ **Circa decimam regulam ampliationū/** aduerte tibi deficere vnam partem regule/nam dicendum est sic. Omnis terminus vel dictio causalis ampliat terminum supra quem cadit ad ea que sunt/fuerunt vel erunt. Et eodem modo ampliatur terminus cui denotatur talis causalitas conuenire. Exemplum ibi positum est.

¶ Questio.31.

Circa dicta in ampliationibus et restrictionibus queritur sine argumētis de veritate harū ꝓpositionū/oē qd fuit ē/oē qd erit ē/oē pñe ē/oē imaginabile est.

¶ **Ad huius. q. enodationem sciendum pri**mo/quinque differentias temporum posse dupliciter sumi. Uno modo vt quelibet earum excludit quamlibet aliam a seipsa: vel ad minus aliquam aliam: et sic preteritum distinguitur contra presens et futurum/ et futurum contra preteritum et presens/ et possibile contra presens etc. et imaginabile contra presens preteritum et futurum et possibile. Alio modo sumuntur prout vnaquaeque illarum dicit expresse suam differentiam non excludendo alias/ vel aliquam aliarum: Et isto modo ista est vera/angelus est et fuit/ et potest esse/et imaginatur esse.

¶ Sciendum secundo has implicationes/ quod fuit/ quod erit (vt communiter dicit) posse teneri dupliciter Uno modo participialiter. Alio modo restrictiue: seu quod alij dicūt differentialiter. Primo modo/quod fuit tantum valet sicut preteritum: quod erit sicut li futurum. Secundo modo/quod fuit tantum valet sicut qd ē vel fuit/qd erit sicut quod est vel erit/eo mō quo statim dicetur.

¶ Sciēdum tertio/qꝫ ly pteritum et ly futurū possunt sumi dupliciter (vt grammatici aiunt. Uno modo vt li preteritum est participium huius verbi pretereo preterio: et tunc multa res que est potest dici pterita. Alio modo sumit prout accommodat huic verbo/sum/es/fui/eo quod caret participio preteriti temporis: et sic tantum valebit illa/ego sum preteritus/sicut ista/ego fui. Consimiliter dicitur de ly futurum/scilicet qd sumitur .2. Uno modo vt est participium istius verbi/fuo fuis: Alio modo vt accommodatur huic vbo/sum es fui: et sic tm̄ vꝫ sicut ly quod erit.

¶ Sciendum quarto/ quod si ly preteritū et ly futurum sumantur vt sunt participia huius verbi sum/es/fui: et sumantur ille differentie prout distinguntur ab alijs/scilicet/a presenti vel possibili: tunc quoad veritatem vel falsitatem propositionis non refert illos terminos sumi/vt sunt participia illius verbi/sum/es/fui: vel vt sunt participia aliorum verborum. Et ideo idem iudicium erit de eis: siue sumant sic vel sic/ et quicquid dictum fuerit de eis vno modo/ debet intelligi si sumantur alio modo. Est tamen discrimen quando tales differentie non excludunt alias in istis participijs prout accommodantur huic verbo/sum/es/fui: qꝛ excludūt eas semp q̄ndo ꝯsiderāt: vt sūt participia aliorum verborum.

¶ Dicitur ergo/quod si in illis duabus propositionibus ille implicationes sumantur participialiter: et ꝑ ut ille differentie excludunt alias/tales propositiones sunt false. Nam ille equiualent istis/omne quod fuit et non est/ē: omne quod non est et erit ē. Si vero tales differentie sumant non vt excludunt alias etiam sunt false. Nam earum sensus sunt isti/omne quod est vel fuit est/omne quod est vel erit est. Si vero implicationes ille teneantur differentialiter seu restrictiue/ tunc sunt vere/quia ly fuit licet restringat ly ens inclusum in ly omne pro illo quod fuit/ tamē illa restrictio presupponit restrictionem de ly est/quod ē copula pncipalis. Et sic stat ꝑ illo qd ē vel fuit ē: Et sic sensus illarum erit iste/omne qd fuit et ē/est: omne qd erit et est/est.

¶ De alijs dicitur/quod si ille differentie excludant alias sunt false: et similiter si non excludant. Vere autem sunt si teneantur restrictiue. Et iste tertius sensus in omnibus propositionibus est satis improprius in communi hominum locutione/ vt experientia patet. Nullus est enim qui absolute concedat hanc/ omne possibile est/omne imaginabile est/omne quod fuit est. Et si dicas salomonem in ecclesiaste velle probare/quod omne quod fuit sit futurum: et omne futurum fuisse. Dicitur quod intelligitur vel secundum speciē/ vel secundum similitudinem/ et de aliquibus secūdum numerum: vt de corporibus celestibus. Alij autem duo sensus bene reperiuntur inter communiter loquentes et philosophos et poetas. Nam secundum glosam beati augustini/quando apostoli euntes in emaus tem dixerunt nos autem sperabamus: ibi preteritum sumitur contra presens/nam ipse infert sperabatis/ ergo iam non speratis. Similiter lactāt⁹ lib.1. diuinarum institutionum sic arguit/ iupiter erat: ergo iam nō ē. Consimiliter apud terētium hoc denotat in dicto menedemi dicentis ad chremetem/filium habeo vnicum adolescentem. Ha/ quid dixi habere me: immo habui chreme.

¶ Questio.32.

Circa has materias etiam queritur/ an hec sit vera/homo imaginarie est equus: Et videtur quod non. Nam si est vera/ergo subiectum et predicatum supponunt pro eodem/ergo significant idem. Prima consequentia tenet ex cōmuni sententia logicorum: et secunda tenet ab inferiori ad suum superius. Si forsan concesseris totum.

¶ Contra/ille terminus homo non est impositus ad significandum equum nec e contra/igitur neuter significat qd alter. Si dicas distinguo añs. l. absolute et sic concedo: vel respectiue/idest per respectum ad ly imaginarie et sic nego. ¶ Contra sumo illam propositionem secundum conceptum vltimatum et arguo sic: subiectum in mente nullo modo potest significare id quod ꝑdicatum: igitur. Antecedens probo/quia naturalis similitudo hominis non potest representare equum: Si forte distinguas vt prius scilicet absolute vel respectiue. ¶ Contra/ergo terminus mentalis potest acquirere nouam significationem naturalem respectiue ad aliud quam ex se nō habet: quod liquet esse impossibile. Nam sicut terminus mentalis nō potest cadere a sua naturali significatione ita neque acquirere aliam de nouo. ¶ Amplius sequeretur quod naturalis significatio dependeret a voluntate humana/ quod est falsum. Consequentia tenet. Nam sicut formaui hāc/homo imaginarie ē equ⁹: potui formare hāc/ homo est currens remanēte conceptu de ly hō formaliter vel eminenter. Primū dr ꝑpter nōinales: secundum propter reales.

¶ **Sed contra/bene valet/ hominem esse** equum ē imaginabile: ergo homo imaginarie ē equus Cōsequētia tenet a modali cōposita ad diuisam: et añs est notum: igitur.

¶ Respondetur quod circa hanc propositionem due sunt opiniones. Nam quidam dicunt illā propositionem eē falsam: eo ꝙ nullum impossibile ē intelligibile aut imaginabile. Alij vero dicunt illam eē veram. Pro prima opinione dictum est supra: qualiter possit intelligi et qualiter nō. Ideo de hoc in presenti nihil dicitur. Admissa ergo secunda opinione / quia contra eam militat argumentum siue sit vera / siue non. Est sciendum aliquos vi argumenti predicti tenere terminum mentalem posse cadere a sua significatione respectiua / non tamen ab absoluta. Sed querendum esset ab eis / an illa significatio esset naturalis vel ad placitum / sicut conceptus non vltimatus significat rem quam terminus cuius conceptus significat ad placitū. Et tunc non est discrimen inter significationem absolutam et respectiuam / quia ab vtraqȝ potest cadere. Si est ergo significatio naturalis / ergo a nulla potest cadere / quia ratio quare non potest cadere ē / quia est naturalis: quod in vtraqȝ parte reperit.

¶ Est autem quidam doctor qui admittens propositionem esse veram / tenet subiectum et predicatum non supponere pro eodem / nec significare idem. Et ad argumentum negat primam consequentiam / dicit ad probationem / esse instantiam quando est de copula modificata: vt in proposito. ¶ Sed contra / hec est vera / homo est equus imaginarius / ergo subiectum et predicatum supponunt pro eodem. Consequentia tenet / quia est extra instantias / ergo subiectum et predicatum significant idem. Et hoc non est solum ratione de ly imaginarius / sed ratione de ly equus. Idem posset argui de hac propositione / homo est equus si est fauellus / sumpto conditionato vnice. Cuius veritas secundum omnes est cognoscenda per suppositionem extremorum ad quod requiritur extrema idem significare. Sed dices hoc non esse ꝯ cum Nam verum est illud totum conditionatum significare hominem: non tamen aliqua pars significat illum. ¶ Contra / quero que est rō quare totum sic et partes nō?

¶ Pro questionis igitur solutione / sciēdum quod termini complexi sunt in duplici differētia. Nā quidam sunt qui de significatione totali significant aliquid quod nulla pars significat: sicut sunt conditionata et termini infiniti. Alij vero sunt oppositum habentes: vt patet de hoc / animal homo / vel animal quod est homo. Non enim potest terminus significare aliquid quod non significetur per aliquam eius partem. Dicitur ergo quod si termini complexi primi generis sint in voce / subordinantur diuersis conceptibus vltimatis simul / scilicet / conceptibus partium et ꝯceptui correspondenti toti aggregato. Vnde si dicā / equus si est fauellus / vltra ꝯceptū equi et fauelli habeo ꝯceptū entis correspōdētē toti aggregato adequate. Et nō solū prout cōceptus entis clauditur in conceptu cuiuslibet rei. Vnde si dicam / homo si ē animal totum conditionatum non subordinatur conceptui entis absolute / sed solum conceptui illius entis quod non potest esse animal. Et illius entis quod solū potest esse homo / nec ista opponuntur si bene perspiciantur. Et loquor tenendo quod ad impossibile sequitur quodlibet. Nam stante hac opinione / stat illud conditionatum sic supponere. At si tale conditionatum fuerit in mente / etiam oportet reperire istos conceptus. Vnde dico quod formatis istis conceptibus particularibus / animal si est homo / statim formatur conceptus entis: si apprehendatur vt quoddam totum / sicut in proposito loquimur. Consimiliter quando dicitur / homo ē nō equꝰ / predicatum significat hominem non ratione conceptus alicuius partis / sed ratione ꝯceptus toti correspondētis. Termini vero secundi generis hoc nō hñt vt liquidum ē. Proportionabiliter dē de terminis incomplexis. Nam ly hō in voce lȝ nō significet nisi hominem tātum / rōne tñ illius adiuncti. s. imaginarie siue ponatur in copula / siue immediate addatur subiecto sit vt ly homo subordinetur duobꝰ cōceptibus. Vnus est conceptus hominis sub quo impositus est ad significādum homines / alius est conceptus entis cui subordinatur prout habet illam copulam adiunctam sic determinatam. Et forsan hoc est qd alij vocant significationem respectiuam. Et ille conceptus est conceptus entis. Vnde in illa propositione / homo imaginarie est equus / tam subiectum ꝙ predicatum subordinanť conceptui entis. Et sic ratione talis conceptus significant idem et supponūt ꝓ eodem. Vnde habetur solutio ad argumentum.

¶ Dicēdū ē ergo: extrema illius ꝓpōnis supponere ꝓ eodem inquātum subordināť ꝯceptibus vltimatis trāscendētalibꝰ et nō alias. Q si alicui videať hoc difficile aspiciat esse eque difficile intelligere totum conditionatum significare aliquid quod ꝑ nullam ptē significatur: nec poterit sustineri cōditionatum in hac / homo ē equus si est brunellus supponere ꝓ quolibȝ ente mūdi: nisi signēt tm: immo plus ꝙ ly ens: Nec poterit significare omne ens nisi subordineť ꝯceptui entis / distincto a ꝯceptibꝰ ptiū: nisi vellet dicere ꝙ totū posse supponere ꝓ eo quod nullo mō signat quod implicat contradictionem.

¶ Questio. 33.

Circa easdem materias queritur de veritate huius / hō ē equꝰ? Et vꝫ sm dicta in prima pte huiꝰ tractatus qꝫ sit vera. Nam sensus ē verus: qꝛ amplianť tñ ad quinqȝ. Sēsus aūt eius est iste / homo ē quod ē / vel fuit / vel erit / vel pōt eē / vł imaginať eē equus. Et eodēmodo posset explicari sensus ex pte subiecti: qꝛ eodem mō ampliatur.

¶ Sed cōtra / illa ꝓpō ē in materia remota extra instantias / ergo ē impossibilis.

¶ Ad hoc breuiter dicitur illam eē impossibilem: et ad argumentum in oppositum huius dicit / sensum male explicari. Debet enim dici sic / quod est vel fuit vel erit vel potest eē / vel imaginatur esse homo sub ꝓprio conceptu hominis: est id quod fuit vel erit vł potest esse vel imaginatur esse equus / sub ꝓprio cōceptu equi / vbi explicata ē ampliatio ex pte vtriusqȝ extremi. Ampliatio vero huius / ly equus significat equum potest sic explicari / ly equus significat equum qui est vel fuit vel erit vel potest esse vel imaginatur eē. Vel expone sicut dictum est de extremis alterius. Aduerte tamen in ista vltima solū ly equū ampliari.

¶ Circa primam regulā restrictionum aduerte illam esse intelligendam de adiectiuo non distrahente vel diminuente / vel conuertibili cum subiecto. Exemplum primi / hō irrōnalis currit. Scdi: hō pictꝰ ē. Tertij / hō risibilis ē albꝰ. Et si aliud simile reperiať his addatur.

¶ Questio. 34.

Circa dicta de positione ꝓpōnū inesse qriť que sint ponēde he ꝓpōnes inee. s. sortes bis dixit missā: berta pepit duos filios: ī casu ꝙ

successiue eos peperit. Antichristus possibiliter est homo qui est; adam possibiliter fuit omnis homo: sortes p̄tr ē albus sine albedine.

Ad primam dicitur / q̄ sic debet poni inesse sortes dicit missam / posito q̄ ly dicit vniat pro toto tempore quo durat missa; vsq̧ ad instans terminatiuū ipsius exclusiue. Nam tūc est primo verum dicere / sortes dixit missam.

¶ Scd̄a d3 poni sic / bertha parit / ⁊ hūc filiū bertha parit hunc filium: ⁊ si diceret̄ peperit trescēnt ponē-de tot singulares: ⁊ sī q̄tuor totidē: ⁊ sic cōsequēter.

¶ De tertia ē ꝯtrouersia inter logicos. Sūt .n. aliq̄ dicētes illam ꝓpōnem rebus vt nunc esse veram immo necessariam. Nā dicūt oēs t'os seq̄ntes modos seu d' terminatiōes copularū debere manere semꝑ in ꝓpria forma: ⁊ q̄ ista ē p̄tis / antichristus ē homo qui est: iō asserāt eā ē necessariā. Persuadēt q̧ hoc ex eo q̄ li p̄tr modificat totā illam ꝓpōnem. Vn̄ si p̄tē ē id q̄d p̄iacēs dicit ipsa modalis erit vera.

¶ Alij vero tuēt̄ eam esse falsam reb⁹ vt nūc: ⁊ eē ꝓpōnem ꝯtingētem / dicūtq̧ eam prius eē resoluendam / q̄ ponat̄ in eē sic. s. antichristus possibiliter est homo ⁊ ille est: ⁊ tunc prima pars debet poni inesse. Et hec secūda opinio videt̄ mihi communi modo concipiēdi conformior. Quod sic ꝑsuaderi pōt: si illa ꝓpō esset vera sequeretur totum illud ampliari. s. homo qui est taliter q̄ li qui est non restringat ly hom[o] [s]et ꝓ p̄sentibus. Consequens ē contra communem hominū sensum: igitur ⁊ opinio. Cōsequētia ē nota: immo expresse d' sic ab eis. Consequentis vero falsitas patet / q2 tūc sequeretur quod non bene explicaretur ampliatio de ly homo hic / sortes possibiliter est homo: si sic dicatur sortes possibiter est homo qui est / vel fuit / vel erit vel potest esse: ꝯn̄s est contra communem hominum sensum: igit̄ ⁊ opinio. Cōsequētia tenet: q2 ille copl̄e nō restringūt illū t'm homo ꝓ hominibus existentib⁹ in illis differētijs temporū: ⁊ sic stabit eque ample sicut in ista: cuius ampliatio explicat̄. Item sequeret̄ hanc esse impossibilem / sortes potest facere q̄d nō facit. Et hāc necessariā / de⁹ nō pōt facere quod nō facit: p3 hoc quia prima secundum eos ponit̄ sic inesse / sortes facit quod nō facit. Scd̄a sic / deus non facit quod nō facit. Item sequeretur omnes has esse falsas / sortes p̄tr est in instanti in quo nō est / sortes nō pōt eē in tēpore futuro: adam fuit in tempore p̄terito. Et sic possunt inferri ꝓpositiones innumere huiusmodi. Con sequētia vero tenet: q2 secundum p̄fatam opinionem omnes termini sequentes copulam debent manere eodem modo omnino ⁊ solum copula: vel eius determinatio est variāda. Quod si oīa hec ꝯcedan fateor q̄dē te b'n posse / ego vero mallem negare omnes regulas logicas q̄ cōtraire omnium hominum sensum p̄sertim si sit (vt in p̄senti accidit) etiam hominum sapientium nō solum ignorātiū. Si t'n ista opinio dixisset illas ꝓpōnes posset habere tales sensus / ver licet vt patet ex dictis in tractatu modalium / sed dicere illud esse tenendū in rigore locutionis (cum verus rigor sit communis modus concipiendi presertim hominum sapientium) nō videtur mihi esse substinendum.

¶ De quarta etiā ē ꝯtrouersia quibusdam dicētib⁹ eā esse falsam ⁊ prius esse descendendum in eā q̄ ponatur inesse / alijs vero econtra asserentibus eam esse veram ⁊ ponendam i esse immediate: ⁊ vtrūq̧ potest substineri. Primus vero modus videtur currere cum cōmuni modo vulgariter loquentium.

¶ De quinta dicitur sic esse ponendam inesse / sortes est albus sine albedine. ¶ Sed dices contra / quia debes remouere ly sine albedine vtpote repugnans suo determinabili. ¶ Ad hoc negatur antecedens / nō. n. semper debet remoueri connotatio repugnās: nec semper debet manere. Et si petas quomodo hoc cognoscetur. Dicitur primo standum esse in communi modo cōcipiendi: an. s. connotatio referatur ad idem temp⁹ / vl' ad diuersum. Nam si in communi sensu refertur ad idem debet remanere: sin autem debet tolli. Exēplum liquidum est i hac propositione / sortes potest esse maior q̄ nunc est / ly esse / ⁊ ly est non referri ad idem tempus. Idem reperitur in ista / sortes erit in die qua nō est. Si vero sic dicam / sortes erit qui non erit: vel sortes potest videre sine visu: constat illas determinationes referri ad idem instans. Et consimiliter dicendum est de illa / sortes possibiliter est albus sine albedine

¶ Questio. 55.

Circa eandem materiā queritur qualiter debeat poni inesse ista propositio / omnes angeli creabiles possibiliter sunt / sumpto ly omnes collectiue / ⁊ signo nō effecto p'te extremi?

¶ Ad hanc questionem est duplex modus dicendi. Quidam dicunt / debere poni inesse p' plures singulares sic. s. hi angeli sunt / ⁊ hi angeli sunt / signatis duobus ⁊ signatis tribus ⁊ sic consequenter. Sed iste modus non videt̄ habere veritatem / quia sic debet poni sumpto ly omnes distributiue.

¶ Alij dicunt ⁊ melius quod debet descendi prius copulatiue q̄ ponat̄ inesse sic / omnes isti angeli ⁊ isti angeli possibiliter sunt: ⁊ postea poni in esse sic / omnes isti angeli ⁊ isti angeli sunt. Si vero tale signum efficiatur pars extremi / potest immediate poni inesse. Et licet tale signum effici partem extremi vel non effici / nō semper variet veritatem aut falsitatem ꝓpōnis / nihilominus est distinctus sensus sicut ly aliquis si efficiatur pars vel non / non refert in hac propositione / aliquis homo est sortes. Dicitur non semper / quia hec tenetur vera / omnes persone diuine sunt pater / ly omnes effecto parte extremi: ⁊ falsa / si non efficiatur. Nam primo modo sensus est / aliquid quod ē omnes persone est pater: ⁊ secundo modo descendendum est prius: ⁊ vna pars copulati: illa scilicet in qua descenditur ad personam filij ⁊ spiritus sancti non supponit pro patre: ⁊ per consequens propositio erit falsa. ¶ De veritate autem talis propositionis est controuersia. Nam secundum tenentes non posse esse infinitum in actu liquidum est eam esse falsam. Secundum vero tenentes illud eē possibile / potest substineri vera.

¶ Contra quod tamen solet sic argui / si est vera sua de possibili sua de inesse erit possibilis. Ultra sua de inesse ē possibilis. Fiat ergo quod ipsa dicit / scilicet / quod oēs angeli creabiles sint. Quo dato sic arguit̄ / vl' de⁹ pōt creare alium angelum vel non. Si primum / non omnes creabiles sunt. Si secundum / ergo potētia dei est exhausta. Cōsequētia tenet / quia per te nō pōt aliū angelum creare.

¶ Ad hoc responderi potest (sicut in modalibus responsum est) negando consequentiam: quia non ex defectu potentie diuine prouenit alium angelum non esse creabilem / sed ex defectu rei creabilis / quia scilicet non est āgel⁹ creabilis. ¶ Est tamē quidā doctor

asserens illam esse impossibilem secundum quamuis potentiam: etiam dato quod infinitum possit esse: et probat quia semper sequitur potentiam dei esse exhaustam: Et hoc deducit sic / angelis quotquot volueris creatis siue finiti siue infiniti sint restant infiniti adhuc creabiles: ergo / si deus non potest alium creare / sequitur bene potentiam dei esse exhaustam / sed consequens est impossibile / ergo illa propositio non potest esse vera. Probatur antecedens / scilicet / quod siue angeli sint finiti siue infiniti creati deus possit creare plures. ¶ Primo sic / creabile nullam potentiam dicit ex parte passi / sed solum ex parte agentis: et deus per nullam entium productionem est minoris potentie / quam potest plura entia producere. ¶ Et confirmatur creabile dicitur ex nihilo producibile / quod oratis quibuscunque entibus productis restant producibilia: cum ibi nulla materia consumatur. ¶ Preterea in illo casu deus potest anihilare vnum angelum: et ipsum denuo reproducere / quam potest alium de nouo creare: consequentia tenet / quia non videtur potior ratio de vno quam de aliis. ¶ Preterea si deus potest producere tot angelos / vt non possit plures / quoties potest producere angelum et anihilare vt non possit pluries / consequens est falsum quam et antecedens: consequentia tenet: quia equa ratio videtur esse de vtroque. Falsitas consequentis patet: quia detur oppositum: et tunc quero an talis angelus tunc restat creatus vel anihilatus. Si primum / quod datur angelus quem deus non potest anihilare. Si secundum / demonstretur ille angelus quem creare non potest. ¶ Probata ista conclusione / prefatus doctor soluit argumenta que contra eam possent fieri. ¶ Primum est tale / deus cognoscit tot quot non potest plura cognoscere / et ex hoc non sequitur eius notitiam esse limitatam / ergo ex hoc quod ponatur deum producere tot vt non possit plura / non sequitur eius potentiam esse exhaustam. ¶ Secundum est hoc / deus actu cognoscit omnia creabilia quam potest illa simul creare.

¶ Ad hec duo respondens negat ambas consequentias: et assignat rationem negationis dicens / esse discrimen inter scire et creare. Nam actualiter scire in deo dicit perfectionem: non autem actualiter creare sed bene est perfectio ipso posse creare. Hoc patet: quia deus non est perfectior quando creat / quam quando non creat. Et hec differentia sumitur ex parte dei. Alia etiam est differentia ex parte obiecti. Nam esse cognitum actualiter non ponit existentiam rei / sicut nec cognoscibile: esse vero creatum ponit existentiam rei. Ex prima liquet deum cognoscere tot / vt amplius non possit alia cognoscere. Nam ex opposito in eo sequeretur imperfectio: non autem sequitur deum posse simul tot producere vt plura producere non possit: vt ex dictis patet. Et secunda similiter sequitur ex parte obiecti / quod si deus cognoscit aliqua quod cognoscat omnia cognoscibilia: quia esse cognitum nihil ex se ponit in re: sicut nec esse cognoscibile. Non tamen sequitur quod si ponuntur aliqua creata quod simul possint poni omnia creata tamen semper restabat nihil (vt sic loquamur) vnde possunt alia produci.

Hec opinio licet apparentiam habeat et sue probationes non tamen videtur adeo efficaciter probata: vt non possint rationes eam probantes saltem eque apparenter solui / et contra solutiones rationum contra eam factarum eque efficaciter replicari.

¶ Dicitur ergo / quod si teneatur deum posse producere infinitum / quod etiam sustineri potest quod deus possit producere simul omnia producibilia: que est conclusio impugnata.

natur effect⁹. Et isto modo sumitur in reduplicatiuis. Et si dicat concomitantiam/ opz esse concomitātiam necessariā. ¶ Diminutiua vero dictio potest sumi dupliciter. Uno mō ꝓprie: ⁊ sic debet duo habere. Primum est/ ꝙ mediante ipsa dicatur aliquid d̾ aliquo q̄d sine ipsa nō diceretur. Secūm est/ vt nō importet causam necessariam illius quod dicit̄ d̾ alio: vt si dicam/ sortes secūdum pedes est sanus potest eē vera in casu quo solum habeat pedes sanos/ non tamē ē verum ꝙ si sortes habet pedes/ideo sit sanus vel ꝙ pedes sint causa necessaria sanitatis: nec pedes ⁊ sanitas necessario se concomitant̄. Alio modo potest sumi improprie seu large ⁊ tunc sufficit aliquid dici d̾ illa q̄d sine ea non diceret̄ ⁊ vltra debet importare causalitatem necessariam: aut necessariam concomitantiam. Et isto modo dictio diminutiua est etiam reduplicatiua/ vtpz in hac ꝓpōne peccatum inquantum est actus est a deo: in qua ly inquātum non tenet̄ diminutiue ꝓprie: quia ly act⁹ ponitur in eius diffinitione: ⁊ p̄ ꝯñs nō diminuit rationē peccati: sicut quādo dicit̄ homo mortuus vel homo pictus: nec similr̄ tenet̄ specificatiue/ q̄z actum esse ⁊ eē a deo constituit cōditionalem necessariam. Si enim aliquid est actus illud ē a deo: loquor de actu finito/ quia ipsemet deus est actus infinitus/ ergo a sufficiente diuisione/ ibi ly inquātū tenet̄ reduplicatiue: cuius tñ p̄iacēs ē falsa. s. peccatum ē a deo: vt patuit in. q. supraposita. Nam (vt dictum fuit) peccatum duo formalr̄ dicit scilicet entitatem ⁊ deformitatem in vno actu morali sicut xp̄s formalr̄ dicit diuinitatem ⁊ humanitatem in vno supposito diuino. Et si neget̄ peccatum illa duo sic dicere/ pōt ꝓbari ex supradictis. ¶ Et arguat̄ d̾ hac/ phiala inquantum est argētum ē a natura: in qua ly inquātum tenet̄ reduplicatiue ⁊ p̄iacens ē falsa. s. phiala est a natura: cum sit cōtra philosophum: ⁊ cōtra communē sensum sapientum ⁊ insipientum hominum. Si enim illa esset vera ⁊ ista esset/ phiala est res naturalis: ⁊ ista domus ē quid factum a natura: quas si aliquis ꝓterue ꝯcederet; posset cōtra ipsum argui/ imponendo ly phiala talia nomina ad significandum sicut dictum ē ea significare. s. ꝙ ly phiala significet vnum quid i genere artificij compositum ex ligno ⁊ figura: ⁊ ly peccatum vnum quid in genere morum: sicut ly sacramētū significat vnum quid in genere signi vl̄ cause. s. compositum ex verbis ⁊ rebus: ꝓut dicit. D. S. in quarto. d. prima. q. vnica. art. tertio: ad primum vbi dicit sacramentum vnum quid significare.

¶ Dicitur ergo resolutorie dictionem reduplicatiuam sumi dupl̄r. Quedam ē que reduplicando nullo modo diminuit nec ꝓprie nec large: ⁊ tunc ꝓpositio in qua ponitur talis dictio sic sumpta debz exponi p̄ quatuor exponētes/ vt communiter dicūt logici. Alio modo potest dictio sumi tal̄r ꝙ reduplicet ⁊ impꝓprie diminuat: ⁊ tunc nō debet exponi p̄ quatuor exponentes vel alia. Ex quo infert̄ ꝙ in via. D. S. quādo dicit̄ ly secūdum vel aliam dictionem cōsimilem teneri diminutiue: ꝓut opponitur alteri vel sibi ipsi sumpto reduplicatiue debet sumi ly diminutiue proprie/ seu stricte: non prout est membrum subdiuidens ly reduplicatiue.

¶ Istis habitis/ ponitur conclusio. Hec propositio/ xp̄s secūdum quod homo est creatura ē vera ⁊ ꝓpria sumpto ly inquātum reduplicatiue ⁊ large diminutiue/ si tamen ly homo reduplicet̄ ratione nature ⁊ non suppositi. Hec ꝯlo ꝓbat̄ sic: p̄mo/ xp̄s non secundum quod homo ē creator: ergo xp̄s secundum q̄d homo ē creatura. Cōsequētia tenet a sufficiente diuisione dimembri cum negatione vnius ad positionem alterius. Ueritas ãntis pz: quia sua contradictoria ē falsa que est hec/ xp̄s secundum quod homo est creator/ reduplicato ly homo ratione nature: alioquin ab humana natura haberet xp̄s ꝙ crearet. Si forsan neges cōsequētiam dans instātiam sic/ non valet/ sortes non inquātum animal est irrationale: ergo sortes inquantum animal est rationale: nam ãñs ē verum ⁊ ꝯñs falsum/ falsum vt notum est.

¶ Ad hoc respondetur non eē simile/ quia in hac cōsequētia sumit̄ aliquid superius ad membra diuidētia animal siquidem superius est ad rationale ⁊ irrationale: in alia autē cōsequētia non fiebat sic: immo terminus reduplicatus etiam formalr̄ sumptus necessario debz contineri sub vno membrorum illorum: sed simile eēt hic/ sortes non inquantū homo ē insensibilis: ergo sortes inquātū hō ē sensibilis: sed ⁊ sic cōsequētia eēt bona subintellecta semꝑ cōstātia in ꝓpositione negatiua.

¶ Secundo ꝓbat̄ ꝙ sit vera ⁊ ꝓpria: hec est vera ⁊ ꝓpria/ diabolus secūdum quod est ens est bonus (sumpto ly secūdum reduplicatiue ⁊ aliquo modo diminutiue) ergo ⁊ alia. Cōsequētia tenet/ quia eodem modo reduplicat ly secundum quod in alia. Quod sit vera reduplicatiua pz: quia ly secundum quod importat cōsequētiam vel cōcomitantiam necessariam. Nam si bonum dicit̄ de diabolo causa huius est eius entitas. Unde hec est vera/ si aliquod est ens illud ē bonum: ꝙ vero sit ꝓpria pz: q̄z si diceremus sic/ diabol⁹ ē bon⁹ ꝯm ens nō vl̄ eē ita ꝓpria locutio/ sicut dr̄ sic/ diabol⁹ est bonus ꝯm quod est ens.

¶ Restat nunc argumentum soluere ad q̄d distinguit̄ maior: quia vl̄ ly secundum quod reduplicat ly homo ratione nature vel ratione suppositi. Si secūdum nego illā. Et ad ꝓbationē nego ãñs/ immo ꝓpositio ē falsa: vt pz ex doctore. s. locis allegatis. Si p̄mum/ sic cōcedo maiorem ⁊ nego minorem. Non. n. tūc debz exponi p̄ quatuor exponētes: vt dictū ē. Sed potest sic exponi/ xp̄s habet humanitatem suppositir̄/ que est creatura: ⁊ si aliquid ē humanitas illud ē creatura. Et ista/ peccatum inquātum actus ē a deo sic peccatum habet actum qui est a deo. Et dicit̄ peccatū habere actum loquendo de peccato commissionis/ sicut dicimus rem habere suam quidditatem vel partem ei⁹. Et ista/ diabolus secūdum quod ens ē bonus exponit̄ sic/ diabolus habet entitatem que ē bona: ⁊ si aliquid ē entitas illud ē bonum. s. entitatiue. ¶ Alie ꝓpōnes similes possunt vel similiter vel ꝓportionabiliter exponi. Nec in p̄senti curo an ꝯñe tales sint formales necne. Mutaui in prima ⁊ tertia concretū in abstractū/ q̄z termini reduplicati sunt concreti/ ⁊ hoc semꝑ debz fieri quando termini concreti reduplicant̄ ꝓ suo formali/ nō autē quando ꝓ suppositis vt sic. Quando vero tr̄i reduplicati fuerint oīo abstracti hoc nō opz: ideoq̄ nō mutaui ly actus: q̄z ibi sumit̄ ꝓ actione vl̄ entitate ⁊ p̄ ꝯñs abstracte.

¶ Aduertēdum tamen me ꝓcessisse in questione hac p̄supponendo hanc esse falsam/ xp̄s ē creatura ex rigore sermonis que est p̄iacens illius reduplicatiue suprapposite si reduplicatio fiat ratiōe suppositi/ an vero ita sit. s. ꝙ sit falsa ex significatione terminorum: vel̄ solum ea non sit vtēdum ne videamur (⁊ si non in sensu saltem in verbis) communicare cum hereticis dicētibus filium dei eē creaturam puram. Non ē p̄sentis. q. determinare. Videat̄ si placet. D. S. 3. p. ⁊ in alijs locis

citatis. ꝛ de veritate. q. 29. arti. primo ad primum. Ex
p̄dictis habes hāc esse falsam / xp̄s secūdum quod est
homo ē filius adoptiuus dei: qualitercunq; reduplice
tur ly homo. Nam si ratiōe suppositi prima expones
est falsa que ē ista / xp̄s ē filius adoptatiuus dei. Si ra-
tione nature est falsa etiam ista / xp̄s est filius adopti-
uꝰ dei: que etiam ē prima exponēs. Quod autē sit fal-
sa pꝫ in. 3. p. q. 23. arti. 4. Et hoc tenet. D. S. cōtra ali-
quos alios doctores dicētes hāc esse veram / xp̄s secū
dum quod homo ē filius adoptiuus: vel ista / xp̄s est fi
lius adoptiuus secūdum humanitatem. Et ex dictis lo
cis collige rationē quare hec sit falsa: xp̄s scd̄m q̄ hō
ē dei filiꝰ si reduplicet ly hō ratiōe nature: hac existē
te vera / xp̄s secūdum quod homo est creatura. Est. n.
ratio / quia esse filium siue naturalem siue adoptiuum
est ꝓprietas suppositorum nō naturarum: licet requi
rat natura. Creari vero cōuenit ꝛ suppositis ꝛ naturis
rerum. Vñ hec ē falsa / humanitas ē filia dei: hec autem
vera / humanitas est creatura dei. Et certe mirandum
est de diuino ingenio istius gloriosissimi q̄ tam sub-
limes ꝛ ꝓfundas questiōes versans talem ac tantam
circa verba ꝛ proprietates verborum adhibuit diligē-
tiam: vt nō solum nō in re / sed nec in minimo sermōe
s quocūq; possit capi.

¶ Secundo arguitur / si modus exponendi
eēt recte traditus sequeret hāc ꝓpōnem eē verā / om
nis homo in quātum homo ē substātia / ɔ̄ñs ē falsum / g̃
ꝛ añs. Sequella tenet: quia quatuor eius exponentes
sunt vere: vt exponēti pꝫ. Cōsequētis falsitas pꝫ: quia
p̄dicatū nō cōuertit cum subiecto nec cum termino re
duplicato: ꝛ hoc requirit igit. Prima pars añtis ē no
ta: scd̄a ꝓbat p philosophum primo posteriorum dicē
tem hāc eē de p se / homo ē animal: nō autem secundū
quod ipsum ꝛ omnes dicit cum philosopho secūdum
quod ipsum: īportare sup ꝓpositionem de omni ꝛ de p
se mutuā ɔuertibilitatē inter subiectū ꝛ p̄dicatū: sicut
est in ista / oīs hō est risibilis.

¶ Ad hoc breuiter dicit q̄ philosophus restrictius
sumpsit ly secundum quod q̄ in p̄senti: vt argumentū
bñ ꝓbat: sed in p̄senti sumit large secūdum quod redu
plicat aliquam causalitatem / vel ɔcomitātiam. Si aūt
velis habere modum exponendi ꝓpositionem vbi sic
stricte ponitur ly secūdum quod / poteris habere faciē
do equalem / vel cōditionalem mutuam. Vñ quarta ex
ponēs p̄fate ꝓpōnis erit hec / si aliquod ē homo illud
ē substātia / ꝛ si aliquid est substantia illud est homo ꝛ
Et quia scd̄a ɔ̄ña ē nulla: ideo talis propositio nō erit
vera scd̄m quod ipsum.

¶ Tertio arguitur / non tenet / sortes in quā
tū hō erit risibilis: g̃ sortes erit risibilis ꝛ sortes erit ho
mo: ꝛ omnis homo erit risibilis: ꝛ si aliquid est homo
illud erit risibile: ꝛ tñ arguit p regulas igit. Quod nō
sequitur pꝫ / quia añs ē verum ɔ̄ñs falsum. Falsitas
consequentis liquet: Veritas autem antecedētis pꝫ /
quia sua de inesse est vera. s. hec / sortes inquantum ho
mo est risibilis.

¶ Ad hoc argumētum varius ē modus dicēdi: Quī-
dam enim dicit reduplicatiuam eē veram ꝛ non eē ex-
ponēdam immediate / sed opꝫ ipsam primo reduci ad
suam de inesse: ꝛ tūc liquet exponētes eius esse veras /
sicut exponibilis est. Alij tenētes illam esse immedia-
te exponibilem: etiam variant inter se in modo expo-
nēdi. Nam eorum aliqui dicit terminos omnes tene-
ri debere eq̄ ample ꝛ restricte in exponibili ꝛ exponen
tibus: quod minime factum ē in exponentibus datis.

Ideo dicit illam sic debere exponi / sortes erit risibilis
ꝛ sortes ē vel erit homo: ꝛ omnis homo erit risibilis: ꝛ
si aliquid ē vl erit homo illud erit risibile. Et sic dicit
p̄fatam ꝓpositionem eē impossibilem: vt pꝫ p impossi
bilitatem quarte exponētis. Alij tenēt quartam expo
nētem debere eē hanc / si aliquid erit homo illud erit
risibile: ꝛ tūc talis ꝓpō eēt cōtingens: quia lꝫ quarta
exponēs sit necessaria: reliq̄ tñ exponētes nō. Dicit eq;
esse necesse terminos in omnibus exponētibus teneri
eque ample sicut in exponibilibus: eo q̄ si sic teneātur
nō dabit sensus p̄fectus ipsius exponibilis. Sed luci-
dius ē dicere / talem ꝓpositionem tripliciter tali posse
subordinari: ꝛ si nō formalr saltem equiualenter. Po
test enim subordinari huic / sortes inquātum est homo
erit risibilis: ꝛ huic / sortes inquantū est vl erit homo
erit risibilis: ꝛ huic / sortes inquātū erit homo: erit risi
bilis: ꝛ sic tripliciter potest exponi secūdum quod triplicē
sensum potest habere. In primo sensu exponit sic / sor-
tes erit risibilis: ꝛ sortes ē homo: ꝛ homo qui ē erit ri
sibilis: ꝛ si aliquid ē homo illud erit risibile. In secūdo
sensu debet exponi sic / sortes erit risibilis: ꝛ sortes est
vel erit homo: ꝛ homo ē vel erit risibilis: ꝛ si aliquid ē
vel erit homo illud erit risibile. In tertio sic / sortes e-
rit risibilis: ꝛ sortes erit hōr ꝛ homo q̄ erit / erit risibi
lis: ꝛ si aliquid erit homo illud erit risibile. Vñ paret
illam ꝓpositionem in tertio sensu duntaxat posse esse
veram: in casu enim q̄ sortes sit futurus in communi
hominum sensu hec ꝓpositio cōcederet / sortes inquā
tum erit homo erit risibilis. Vnde aduertendum in ta
libus ꝓpositionibus vbi subiectum est terminus sin-
gularis nō oportere subiectum tertie exponētis distri
bui: alioquin si in casu posito essent cum sorte plures
homines q̄ immediate post hoc instās nō eēnt futuri /
illa deberet negari. s. sortes inquantum homo erit risi
bilis q̄d videtur communi sensui contraire: secus esset
s si subiectum eēt terminꝰ communis distributus. Et di
uersitas opinionum circa ꝓpōnem p̄dictam arguit eē
verum q̄d dictum est.

¶ Quarto arguitur contra id quod dictū
est in p̄ma pte: has. s. reduplicatiuas posse sufficienter
exponi p tres vltimas exponētes. Nō valet / omnis ho
mo inquātum omnis substātia ē deꝰ: ergo omnis ho
mo ē substātia: ꝛ substātia ē deus: ꝛ si aliquid ē substan
tia illud ē deꝰ: ꝛ tamē exponētes sunt tres vltime / igit
q̄ nō valeat pꝫ: q: añs ē verū ꝛ nō ɔ̄ñs arguendo eq̄. s.
ab exponētibus ad exponibilē. Quod exponētes sint
vere pꝫ / de p̄mis duabꝰ ex se. Tertia vero ꝓbat / quia ē
bona ɔ̄ña eū ɔ̄ñs sit necessariū quia ly illud sit determinare. Vnde equiualet huic / aliquid est deus.

¶ Pro huius argumēti solutiōe sciēdum / quibusdā
argumētum concludere efficaciter. Et dicit esse verū
tres exponētes non sufficere quādo terminus redupli
catus non distribuit in exponētibus. Et ratio ē / q: tūc
cessat causa quare sufficiēter exponi posset p solas tres
Et causa erat / q: quādo dātur quatuor / scd̄a ꝛ ter-
tia exponētes inferunt p̄mam: vt pꝫ hic / omnis homo
inquantum rationalis ē risibilis: in qua iste / omnis ho
mo ē rationalis: ꝛ omne rationale ē risibile / īfert hāc
in quarta figura / omnis homo ē risibilis / quia ly ratio
nale quod est medium ē distributum. Quādo vero nō
distribuit non infert: ideoq; opꝫ omnes quatuor inter
uenire. ¶ Alij dicit tales ꝓpōnes sufficiēter posse ex
poni p tres vltimas: dicuntq; tūc p̄mam exponētem
sequi ex scd̄a ꝛ quarta. Bñ enim valet (vt dicunt) om-
nis homo ē rationalis: ꝛ si aliquid ē rationale illud est

risibile: ergo omnis homo est risibilis: Et hoc secundum pōt teneri: si tamē teneat nō ad impossibile sequi quod libz: nec necessariū ad quolibz alias nō opz. Hoc pz: quia ex his duobus/ens ē deus: ꝛ si aliqd ē ens illud est deus non sequit hec/omne ens est deus. Nā rebus vt nunc añs est verum ꝛ consequens falsum. Ex quibus pz qualiter intelligi debeat qd in prima parte dictum est.

¶ Quinto arguitur: non valet/deus inquantum omnipotens pr̄ nō creat hominem qui ē; ḡ deus possibilr̄ nō creat hominem qui est: ꝛ deus necessario ē omnipotēs: ꝛ omne omnipotēs possibilr̄ nō creat hominem qui est: ꝛ si aliquid possibilr̄ ē omnipotēs illud possibiliter non creat hominem q̄ est: ꝛ tamē arguitur p regulam igit. Quod vero nō sequatur ꝓbat in simili forma/quia hec ꝯña (vt patet) ē nulla: homo inquantum vidēs pr̄ nō videt hominem q̄ est/ergo hō possibiliter nō videt hominem qui est: ꝛ homo necessario ē vidēs/ꝛc. Si dicas prius esse descēdēdū/nō obstat: nā etiam facto descensu dabit añs verum ꝛ ꝯñs falsum. Añtis veritas pz p falsitatem sue cōtradictorii. Cōsequentis vero falsitas liquet p falsitatem duarū exponentium vltimarum. Si forte dicas in exponēti secunda nō debere poni ly necessario.

¶ Cōtra/dictum est in pcedētibus ꝙ quādo exponentes sic se habēt ꝙ vna debet esse affirmatiua: ꝛ alia negatiua/opz nos assumere copulas ꝯtradictorias ꝛ sic factum ē/ꝯ solutio nulla.

¶ Ad hoc respōdet illud nō esse verum in reduplicatiuis. Et rationem petens dicit eē hanc videlicet quia exclusiua ꝛ exceptiua signa includūt negationē quā earū exponētes explicant. Nam ponūt negationes infinicantes in talium exponētibus: signa autem reduplicatiua hoc nō habēt/ideo q̄ nō est simile. Vñ secūda exponēs pfate ꝓpositionis erit hec/ꝛ deus possibilr̄ ē omnipotēs. ¶ Sed arguis ex pdictis/qz tunc omnes copule deberent esse similes copule principali quod' hic non fit: igitur. ¶ Ad hoc negat ꝯña: nam q̄ly inquantum affirmat denotat terminum reduplicatum competere affirmatiue subiecto ꝓpositiōis. Unde non opz seruare copulā pncipalē q̄n ē negatiua: sed bñ ampliationē si fuerit ampliatiua: ꝛ sic pz ad argumētum ꝛ ad oēs replicas dicit/bñ responsum esse.

¶ Dubium tamen ē inter logicos: an propositio illa ī argumento sumpta: sit vera?

¶ Ad quod quidam dicūt eam eē impossibilem ratione impossibilitatis quarte exponētis q̄ est hec. Si aliquid ē omnipotēs illud pr̄ nō creat hominem q̄ ē: ꝙ hec sit impossibilis patet: quia ē cōditionalis cui' añs est necessarium ꝛ ꝯñs ꝯtingens. Cōtingētis vero cōsequētis pz: quia illa implicatio q̄ est/ē contingēs. Unde dicūt illud ꝯñs prius debere reduci ad vnam copulatiuam ꝙ ponat inesse. Alij vero oppositum affirmāt dicētes ꝓpositionem illam eē veram ꝛ cōditionalē eē necessariam/cuius ꝯñs ē etiam necessarium: qd immediate dz poni inesse. Sed cū tota difficultas hec oriat solum ex hoc ꝙ ꝯñs quarte exponētis affirmatur necessarium vel cōtingens/melius videtur distinguēdum eē cum. D. S. in pma pte. q. 25. ar. 4. ad secundum sic/vel ly qui est intelligitur prius cōiungi cum ly homo/ꝛ restringere ipsum ꝓ hominibus existētibus: ꝛ sic pmi dicūt verum. Uel intelligitur ly qui est ampliari a ly possibiliter ꝛ quasi distrahi ab eo ne stet ꝓ presenti quod est: ꝛ tunc secūda opinio habet verum/ac ꝓinde talis ꝓpositio nec absolute ē negāda nec concedenda sed distinguenda.

¶ Questio. 45.

Circa illa; dicta de exponibilibus in quib' ponit ly immediate/queritur an sint vera? Et probatur quod nō/quia nō valet/sortes immediate post hoc erit/ ergo sortes post hoc erit: ꝛ nullum erit dabile instans post hoc / quin inter illd ꝛ hoc sortes erit: ꝛ tamē arguit p regulam: igit. Quod nō valeat pz: quia añs potest esse verum ꝛ ꝯñs falsum Hoc ꝓbat in casu ꝙ simus in initio hore future: ꝛ volo ꝙ deus reproducat hoc instās inchoatiuum in fine hore ita vt sit idem instans instans inchoatiuum ꝛ terminatiuum: ꝛ volo ꝙ sortes nō sit p totam horam futuram/sed incipiat esse in tempore immediate sequente instās terminatiuū/tūc añs ē verum / qd sic pz: sortes imediate post hoc istās terminatiuū erit ꝛ hoc istās ē hoc (signo instās inchoatiuum) ergo sortes immediate post hoc erit. Falsitas ꝯñtis pz: hec ē vera/aliquod instans erit post hoc inter quod ꝛ hoc sortes non erit ergo secūda exponēs est falsa: ꝯña est nota: ꝛ añs pz: quia cum sortes ponatur non existens per totam illam horam: ꝛ demonstretur instans inchoatiuum multa erunt instantia/inter que ꝛ tale instans pdictū sortes non erit.

¶ Ad hoc argumētum quidam dicunt illam exponibilem eē veram in illo casu ꝛ exponētes falsas: negatur tñ illas eē suas exponētes sed has dicūt debere eē. s. sortes post hoc instās in prima sui ꝓductiōe erit: ꝛ nullū erit dabile instās post hoc sui pma ꝓductiōe qn ꝛc. Sed licet hoc vel aliud simile posset dici melius eē videt negare casum de reproductione. Nam. D. S. tenet quarto dist. 44. q. pma. ar. pma q̄stiuncula. 2. ad pmū: Et quolibe. quarto: ar. 5. ꝛ in summa cōtra gentes lib. quarto. cap. 18. ꝛ in prima ad corinthios cap. 15. successiuum reproduci implicare cōtradictionē. ¶ Et si arguas hoc nō īpedire bonitatem ꝯñe. Nā passim admittunt casus simplr̄ impossibiles ꝯñtijs remanētib' bonis. ¶ Ad hoc dicit ꝙ casus impossibilis est duplex. Quidam ē indifferēs ad añs ꝛ ꝯñs bone ꝯñe: vt si posito casu ꝙ homo sit equus fiat hec ꝯña/homo currit ergo homo mouet: ꝛ tales casus bñ pñt admitti. Alij vero sunt ex quibus immediate seqtur añs verum ꝛ cōsequēs falsum: ꝛ tales nō debent admitti. Nā isto modo ꝯña bona posset reddi mala. Pz/qa hec ꝯña ē bona homo currit/ergo rationale currit: ꝛ tamē si admittatur ꝙ homo nō sit rationalis: ita ꝙ hec sit vera/nullus homo est rationalis scdm significationem quam habet/daret añs verū ꝛ ꝯñs falsum. Cum ergo exppositio data fundet in hoc/ꝙ p̄sens/p̄teritum ꝛ futurū/vt sic nō possint coincidere non debet casus admitti. Dr̄ vt sic qa res q̄ est p̄terita/bene potest esse futura quādo ē pmanens nō tamē ipsa p̄teritio pōt esse futuritio/sicut nec hō equus. Et si dicas contra: quia instans qd ponitur reproduci nō ē res successiua. Dr̄ sufficere eē ī fin rei successiue: p̄sertim cū nō possit reproduci absq; reꝓductione rei cuius est terminus.

¶ Sed cōtra hoc replicat/pono casum ꝙ sortes nūc sit ꝛ cōseruetur a deo destructo omni tempore/tunc casus ē possibilis ꝛ ꝯñs supradicte ꝯditionalis ē verū ꝛ nō ꝯñs ergo solutio nulla.

¶ Ad hoc respōdet' dupliciter. Primo negando casum: sumēdo tempus large secūdum ꝙ duratio rei potest dici tempus. Nam sic casus implicat simpliciter ꝛ ex suppositione Simplr̄: quia ipsemet deus ē tēpus quod nō potest non esse. Ex suppositione: quia ex quo ponis ꝙ de' cōseruet sortem opz sortē hr̄e durationē/

alioquin nõ esset. Concedo tamẽ q potest omnis alia creatura a sorte anihilari: et tũc posset dici sortẽ et suam durationem distingui rõne tñtum. ¶ Secũdo dici põt/ q ibi instãs stat p vero vel imaginario. ¶ Sed dices cõtra/ergo p̃fata exponibilis erit vera: in casu q sortes immediate post hoc desinat esse et ego imaginer illum esse: p̃ns est absurdum/ergo et solutio/p̃ña vero tenet/ quia tũc est verum dicere/sortes immediate post hoc in instãti imaginario erit. ¶ Ad hoc negat̃ seq̃la: et ad pbationem dicitur/q nõ est sensus q sortes imaginarie sit in instanti imaginario: q̃ sensus p̃supponit̃ in pbatiõe: sed q sortes realr extra nihil sit in mẽsura q̃ solum hẽt esse p imaginationem.

¶ Cõtra eũdem modum exponẽdi arguit̃ scdo/si talis modus exponẽdi esset rectus/due cõtrarie põt dari vere: p̃ñs est impossibile: igitur et añs: p̃ña p3: iste põt dari vere/omnis homo immediate post hoc erit niger: omnis homo immediate post hoc nõ erit niger: et sunt cõtrarie vt notum ẽ: igit̃. Prima ps añtis p3/in casu quod solus sortes sit et solus sit futurus: et diuisa hora futura p ptes pportionales minorib⁹ terminatis versus hoc instans sit niger in qualibet pte pari: et albus i qualibet pte impari: et ambe sunt vere. Affirmatiua p3: bñ valet/oĩs hõ post hoc erit niger/et nullũ erit dabile istãs post hoc: q̃n inter illũ et hoc oĩs hõ sit niger q̃ omnis homo immediate &c. Si dicas prius esse descendẽdum/admitto: sed eadẽ ẽ difficultas/signato sorte. Negatiua eodem modo pbari potest. Nam bñ valet/iste hõ (signato sorte) immediate post hoc non erit niger: et nullũ erit instãs: &c. Et has ãbas pbo veras. Primã sic/iste hõ post hoc in aliq̃ istãti nõ erit niger q̃ iste hõ post hoc nõ erit niger. Et scdã p3 ẽt/quia dato q̃uis istãti post illud demõstratũ ẽ verũ dicere q ante illud in aliq̃ instãti sortes nõ erit niger. ¶ Pro hui⁹ argumẽti solutione sciendum logicos communiter asserere ly post hoc et ly ante posse sumi dupl'r. Uno mõ vt includãt aliquod categorematica ita vt ly post hoc tantum valeat sicut in aliquo tempore vel in instãti post hoc. Consimiliter dicit̃ de ly ante hoc. Alio modo sumitur pure sincategorematice. s. vt nil tale includat̃. His admissis siue pprie dicta sint siue nõ.

¶ Ad argumẽtum negat̃ p̃ña: et ad pbationem cõcedi tur prima ps añtis/et negat̃ scda: s. ea esse p̃rias. Nam in vtraq̃ includit̃ vna pticularitas in ly post hoc: et affirmatur in ambabus: et sic cõcedo ambas esse veras/ in casu dicto. Sed nõ ẽ contra p̃dicta. Si vero ly post hoc sumat̃ secundo modo etiam negat̃ p̃ña. Et ad pbationem negatur prima ps añtis: nam negatiua est falsa. Et ad pbationem nego suppositũ. s. q ly post hoc includat ly instans: sed illa negatio deb3 negare vl'iter nulla pticularitate p̃intellecta inter ly immediate: et ly post hoc. Et potest intelligi hec distinctio in hac ppositione/adam necessario nõ fuit. Nam poteris fingere hunc sensum/adã aliqñ necessario non fuit/qui erit verus: et tũc nõ erit cõtraria huius/adam necessario fuit: immo ambe sunt vere. Si vero sumatur in sensu proprio quẽ in rigore facit/equipollet huic/adam impossibiliter fuit: Et quando dictiones dicte tenẽtur primo modo dicũtur teneri aduerbial'r. Quãdo vero secũdo mõ dicũt̃ stare ppositional'r: et ob hoc esto caut⁹ in assignãdis oppõnibus in ppositionib⁹ istis quãdo tales dictiones tenẽtur aduerbial'r. Et habebis hinc cõtradictoriam huius/nullum erit instans post hoc/ quin inter illud et hoc sortes sit niger nõ esse istam/aliquod instãs erit post hoc: et inter illud et hoc sortes erit niger/si ly niger teneat̃ aduerbial'r. Et ratio ẽ/quia ly inter includit et sic tẽpus vl instãs/q̃ nõ distribuebat̃: eo q super ipsum ferebant̃ due negatiões. Unñ oportet illud in eius cõtradictoria negari: et sic dicere/aliquod instãs erit instãs post hoc et nõ inter illud et hoc sortes nõ erit niger/q̃ facit hunc sensum/aliq̃d instans erit instans post hoc: et in quolibet instanti inter illud et hoc sortes erit niger.

¶ Cõtra alium modum exponẽdi potest fieri argumẽtum positum in. 4. lib. in tractatu de sillogismo expositorio. Uideat̃ ibi si placet.

¶ **Secundo arguitur ad idem / non valet/** michael ante quodlibet instans futurum erit: ergo michael immediate post hoc erit: et tamẽ arguit̃ per regulam: igit̃. Quod nõ valeat p3/quia si hec p̃ña q̃ hodie ẽ formata/in qua ly hoc demõstrat instãs in q̃ sumus remaneat scripta vsq3 in crastinum: cras dabit̃ añs verum et p̃ñs falsum. De veritate añtis notum est: p̃ñtis falsitas p3: q2 ly hoc nõ supponit/cum instãs demonstratum iam non sit.

¶ Ad argumẽtum d̃r: q̃n rigore sumpto añte et p̃ñte argumẽtum concludit. Unñ dicit̃ q in p̃ñte debet dici sic/q̃ michael ante q̃libet instans futurũ post hoc erit signato eodem instãti quod in añte demõstrabat̃. Uel dicit̃ q ly hoc nõ debet poni in añte/sed sic debet dici/ michael immediate post instans quod ẽ p̃sens erit. Et in hoc sensu sumit̃ in exponẽtib⁹ de ly icipit. & dẽsinit: 3 cõiter ponatur ly hoc.

¶ Questio. 47.

Circa ea que dicta sunt de instãtibus inceptionis et desitionis rerum/querit̃ an sint vera? Et pbat̃ q nõ: quia tunc sequeretur deũ gloriosum habuisse primum instãs sui eẽ/p̃ns ẽ hereticum/ergo añs ẽ impossibile. Cõsequẽtia vero p3: i primo instãti in quo tempus incepit/fuit verum dicere/ in isto instanti deus ẽ: et nõ immediate ante hoc instãs deus fuit: q̃ &c. Et de p̃ma pte notum ẽ: scdã vero pbat̃ q2 nullũ tẽpus nec instãs fuit ante instãs demõstratũ: et ẽ negatiua igitur.

¶ Ad q̃stionem respõdet̃ affirmatiue: et ad argumẽtũ negat̃ p̃ña: et ad pbationẽ negat̃ veritas scde exponentis: ẽ enim falsa: Nam ly fuit vnit p tempore vel instãti vero vel imaginario/et sic debet sumi in exponẽtib⁹ talis ppõnum: et in exponẽtib⁹ d' incipit et d' desinit. Et sic solues plura argumẽta q̃ ponit magister ockam in suo centilogio. Uide ibi.

¶ **Secundo arguitur/non valet/hoc est instans in quo deus nũc ẽ creans/** et immediate post hoc creabit/ergo hoc ẽ dei creãtis vltimum esse: et tamẽ arguitur p regulas: igit̃. Quod nõ sequat̃ p3/in casu q deus nũc nõ creet sed sit creaturus imediate post hoc datur añs verum et p̃ñs falsum/igit̃. Antecedẽtis veritas ẽ nota: falsitas p̃ñtis pbat̃. Bñ valet/hoc ẽ dei creantis vltimum eẽ: et deus ẽ vel immediate post hoc erit de⁹/q̃ hoc ẽ dei vltimũ esse: p̃ñs ẽ falsum: ergo et añs nõ minor (vt liquet) ergo maior. Et q bñ valeat patet quia ẽ sillogismus expositorius. Et si dicas/medium nõ singularizari/quod ẽ ly deus creans/apponant p nomẽ demõstratiuum et remanebit eadẽ difficultas

¶ Ad argumẽtum negat̃ minor: nam illa nõ ẽ immediate exponẽda sed p̃us ẽ resoluenda ex pte cõnotationis: vt ex pluries dictis p3. Unñ nõ ẽ idem dicere/hoc ẽ vltimum instãs hominis/et hoc ẽ hominis vltimum instans esse. Nam in casu q solus sortes desinat nunc esse per vltimum esse/prima ẽ falsa et secunda vera: nam prima ẽ immediate sic exponẽda/hoc ẽ instans in quo

non ē homo: ⁊ immediate ante hoc fuit homo. Secunda vero prius ē resoluenda ex pteritis termini hominis. Unde etiam sequitur hāc ꝯñam esse nullam/ hoc est vltimum instās nō esse sortis albi/ ergo hoc est sortis albi vltimum instās nō esse. Nam in casu ꝙ nūc sit niger/ ⁊ diuisa sequēti hora in ptes ꝓportionales minoribus terminatis versus hoc instās/ in quarum qualibz pte sortes habeat nouam ⁊ nouam albedinē/ datur añs verum ⁊ ꝯñs falsum ꝑ resolutionem ꝯñtis/ ex post tonte etiam sic arguēdo/ hoc est sortis albi vltimum instās nō esse/ ergo hoc ē albedinem habētis sortis vltimum instās nō esse/ ꝯñs ē falsum/ ergo ⁊ añs. Cōsequētia tenet: quia arguit a diffinito ad suam diffinitionem saltem quid nominis/ ⁊ ꝯñtis falsitas pz ꝑ exponētes eius. Nam scḋa exponēs ē falsa/ q̄ ē hec/ albedinem habēs sortes immediate post hoc erit/ ⁊ huius falsitas pz ꝑ descēdētes sub ly albedinem: nam nūc nulla ē albedo in sorte/ ⁊ nulla immediate post hoc erit in illo: lz bñe immediate post hoc erit aliqua. Si forsan neges cōsequētiam: eo ꝙ diffinitio nō debeat dari ꝑ acceptionem nō vnicam sed ꝑ vnicam. ℭ Cōtra ab vnico ad nō vnicam bona ē ꝯña/ ꝓsertim quādo nec determinatio nec determinabile distribuit. Ad hoc aliquis posset dicere non esse verum in proposito/ sed de hoc videat i. 4. in sillogismis ḋ incipit ⁊ desinit.

ℭ Questio. 43.

Circa ea que dicta dicta sunt de modo exponendi propositiones de incipit ⁊ desinit queritur an sint vera? Et videtur ꝙ nō/ quia nō valet/ xp̄s nūc ē/ ⁊ nō immediate ante hoc fuit xp̄s/ ḡ xp̄s incipit eē/ ⁊ tamē arguit ꝑ regulas: igit. Quod nō sequat pz: posito ꝙ nūc simus in instāti incarnatiōis: antecedēs ē verū: ⁊ ꝯñs falsum: ḡ. De veritate añtis nota ē/ falsitas ꝯñtis pz/ q̄ bñ valet/ xp̄s incipit esse: ⁊ xp̄s est deus: ergo deus incipit eē. Si forsan dicas ꝯñam esse nullam/ eo ꝙ variat appellatio ex pte de ly incipit/ eo quod ly incipiēs inclusum in ly incipit tenet adiectiue ⁊ habet diuersum substātiuum in añte ⁊ ꝯñte/ vt patere potest resoluendo ipsum.

ℭ Cōtra/ tūc forma bo sic cōsequētiam primam/ christus nūc ē ens/ ⁊ nō immediate ante hoc xp̄s fuit ens: ⁊ redibit pondus argumenti.

ℭ Ad questionem respōdetur affirmatiue/ ⁊ ad argumētum nego minorem/ illa enim ꝓpositio nō ē immediate exponēda sed resoluēda prius ratiōe illius termini/ xp̄s: eo quod ille terminus ē aliquo modo cōnotatiuus licet nō absolute. Et ratio ē/ quia humanitas i xp̄o habet modum accidētis/ eo quod aduenit enti cōpleto: nō tamē ē accidēs nec accñalr vnita: vt ꝓbat. D. S. 3. pte: vbi etiam dicit/ hāc ꝓpositionem eē falsam. s. xp̄s incipit esse. Committit etiam alius defectus/ videlicet quod ly xp̄s in exponibili p̄cedit ly incipit/ ⁊ in exponētibus sequitur ly immediate. Oportet enim vt terminus p̄cedēs in exponibili ly incipit/ in exponētibus p̄cedat ly immediate/ ⁊ qui sequit ly incipit/ debet poni post ly immediate. Hoc. añt subtilis tenet hāc eē veram. s. xp̄s icipit eē/ in. 3. Sed i hoc nō tenet nisi ab eius sectatoribus/ ⁊ defenditur a generalissimo sui ordinis in eodem. 3. sent. Dominus durādus dicit eam esse distinguēdam/ sed omnes communiter amplectūtur dictum. D. S. ℭ Sed cōtra hāc solutionem arguit/ q̄a si ipsa eēt bona/ sequeret cōsequētiam qua arguitur in hac materia ab exponibili ad exponētes vel ecōtra/ nō esse formalem: hoc nō ē dicendum: igit. Et cōsequentia ꝓbat/ q̄ si aliqua esset ꝯña formalis esset hec/ gabriel incipit esse/ ergo gabriel nūc ē/ ⁊ gabriel nō immediate ante hoc fuit/ vel gabriel nunc nō ē ⁊ immediate post hoc erit/ sed hec nō ē formalis/ ergo. Quod nō sit formalis/ patet: quia sumpta alia ꝓpositiōe cuius subiectū sit terminus singularis cōnotatiuus/ potest dari añs verum ⁊ cōsequēs falsum: ⁊ potest sumi hec/ xp̄s incipit esse/ posito quod deus assumeret nunc naturam humanam scḋm vltimum nō esse humanitatis: ita ꝙ nūc nō sit assumpta: ⁊ immediate post hoc assumeret: tūc. n. arguēdo ab exponētibus ad exponibilem nō valet. Nā scḋa ps disiunctiue ē vera ⁊ cōsequēs falsum. Quod autem tales cōsequētie inter se sint eiusdem forme pz: q̄a solum differūt penes hoc/ quod in vna ponitur terminus cōnotatiuus ⁊ nō in alia/ quod tamē nō impedit/ vt in quarto dictum ē. ℭ Ad argumētum r̄ndetur cōcedēdo ꝯñam: presertim quādo aliquis terminus p̄cedit ly incipit aut desinit. Nec multum ē nūc laborādū vt inueniatur modus quo possint exponi formalr: sufficit enim ad veritatem cognoscendam consequētiam esse materialem.

ℭ Secundo arguitur ad idem / non valet/ sortes incipit esse omnis homo/ ergo sortes in aliquo instāti erit omnis homo: ⁊ nō immediate ante illō erit omnis homo: vel sortes in aliquo instāti nō erit omnis homo/ ⁊ immediate post illud erit omnis homo/ ⁊ tamē (vt pz) arguit ꝑ regulas/ igitur. Quod non valeat/ pz quia dabit añs verum ⁊ cōsequēs falsum: ⁊ suppono in p̄senti opinionem scḋm quam hec ē falsa/ adā fuit omnis homo: ⁊ sit casus quod sortes erit cras cum multis hominibus ⁊ post cras remanebit solus/ ceteris corruptis/ tūc ꝓbo veritatem añtis sic/ illa ꝓpositio habebit vnam de presenti veram/ ergo illa est vera: ꝯña ē nota ⁊ ꝯña pz: quia postea hec erit vera/ sortes incipit esse omnis homo/ in instāti primo nō esse aliorum hominum: vt pz ꝑ exponētes. Cōsequētis falsitas pz: nam prima ps prime copulatiue ē falsa: quia sensus ē/ sortes in aliquo instanti erit omnis homo qui erit. Et idem de secunda parte scḋe copulatiue dicēdū ē.

ℭ Pro argumēti solutiōe sciēdum aliquos dicere ꝓpositiōes de incipit ⁊ desinit (quando sunt de extrinseco tempore) posse exponi immediate. Sed cōtra hoc arguit ab aliis/ quia tūc dabit añs verum ⁊ ꝯñs falsum: arguēdo ab exponentibus ad exponibilem in ista propositiōe/ sortes incipiet eē hō/ posito casu ꝙ solus sit ⁊ fuerit ⁊ sit futurus homo: Nā secunda copulatiua dādā ē vera/ cuius prima ps ꝓbat/ quia secunda nota ē/ dico ergo sic/ sortes in isto instāti (signo instās p̄sens) nō erit hō/ ⁊ hoc instans ē vel erit instās/ ḡ sortes i aliquo instāti nō erit homo. Ueritas. a. pz: quia in illo instanti est hō/ ergo in eo nō erit hō cum sit indiuisibile.

ℭ Ad hoc/ oppositum opinātes r̄ndent ⁊ bñ ꝙ in illa prima exponēti debet dici/ sortes in instāti quod erit non erit hō: vel sic (⁊ in idem redit) sortes in aliquo instanti futuro non erit hō.

ℭ Sed etiam contra hunc modum dicēdi militat argumētum factum etiam si ly instanti restringat vt dictum ē: nam etiam tūc dabit in primo casu antecedens verum ⁊ consequēs falsum/ vt aspicienti patet. Ob hoc igitur argumētum dicunt aliqui rectius esse ponere tales propositiones in esse ⁊ postea illas exponere.

ℭ Sed etiā cōtra hoc militat argumētum factum/ eo quod tunc illa de futuro est vera vt notum est: ⁊ sua ḋ inesse falsa. Patet hoc/ quia si p̄dicto primo casui addatur/ quod sortes desinat esse cras cum hominibus per vltimum sui esse/ ⁊ quod illi homines corrupti re-

nascantur: ⁊ sint eum forte post / exponentes eius erunt false que erunt he: scilicet sortes nunc est omnis homo: ⁊ non immediate ante hoc fuit omnis homo. Et sortes nunc nō est omnis homo: ⁊ immediate post hoc erit omnis homo. Nam prima pars prime copulatiue ⁊ secunda secunde copulatiue sunt false: supposita falsitate huius semper / adam fuit omnis homo. Et quidem de prima parte prime copulatiue notum est. Secūda vero pars secunde copulatiue patet / quia eius exponēs prima est falsa q̄ ē hec / sortes post hoc erit omnis hō. ¶ Ad hanc replicam respondet quidam doctor negans falsitatem scđe copulatiue / ⁊ ad ꝓbationem negat illam datam esse eius primam exponentem: sed (vt dicit) est hec / sortes post hoc erit omnis homo: qui immediate post hoc erit. ¶ Sed contra hoc replicatur ab alio doctore ⁊ recte quidem dupliciter. ¶ Primo / q̄a tunc idem signum exponibile quod ponitur in exponibili ponitur in exponentibus. ¶ Secundo quia seq̄retur hanc esse falsam / incipit esse omnis homo: in casu q̄ nunc nullꝰ sit / sed hora diuisa per partes ꝓportionales versus hoc instās in qualibet parte sit vnus homo durans precise per illam. Consequentia tenz: quia hec exponens erit falsa / immediate post hoc erit omnis homo: Nam eius prima exponens est falsa que est hec / post hoc erit omnis homo q̄ immediate post hoc erit / quia ly homo qui immediate post hoc erit / ꝓ nullo supponit / quia nullus homo signabitur qui immediate post hoc sit futurus. Unde prefatus arguens nō admittit falsitatem huius / adam fuit omnis hō / q̄ nō admisso nulla est difficultas in argumento / sed q2 propositio illa / adam fuit omnis homo potest sumi in sensu in quo dicitur falsa / dato quod ex rigore nō sit / oportet solutionem aliquam dare. Dicitur ergo quod tenēda est vna pars istius disiunctiue. s. quod illa propositio de qua arguitur ē falsa sicut sua de inesse: vel quod debz exponi apposito aliquo signo illi termino / homo vt non distribuatur pro omni homine futuro absolute sed sub disiunctione respectiue ad copule determinationem: ita vt dicatur sic / sortes nunc non est omnis homo: ⁊ immediate post hoc erit omnis. b. homo. Sed dices / ergo iam non admittis falsitatem huius / adam fuit omnis homo. Ad hoc negatur ꝯña: admitto enim illam falsam: sed dicā hanc esse veram / adam fuit omnis. b. homo. Nam liquidum est hanc fuisse veram aliquando / adam est omnis homo: ergo potest intellectus taliter formare vnam ꝓpositionem de p̄terito q̄ hoc significet vere / igitꝰ est assignanda illa: ⁊ quia intellectus etiam potest habere sensum sub quo negatur ab aliis hec / adam fuit omnis homo non ē omnino talis sensus abolēdus. ¶ Resolutorie d̄r q̄ tales ꝓpositiones de extrinseco tempore ⁊ ꝓpōnes omnes in quibꝰ ly incipit ⁊ desinit modificantur eē prius ponēdas in eē q̄ exponantꝰ. Sit tamen semꝑ cautus vt in exponētibus taliter teneantꝰ termini vt sufficiēter explicēt sensum exponibilis / non tamen negandum est omnino ꝓpositiones de extrinseco tempore posse exponi immediate / vt ex dictis patet / presertim non admissa reproductione temporis. Et sic in hac propositione / christꝰ incipit esse / duo debēt fieri prius q̄ exponatꝰ. Unū ē vt resoluatꝰ. Alterū vt ponatꝰ in eē vt clarior sit expositio: licet primum sufficiat.

¶ Aduerte hic tamen / quod in prima parte dictum est in hac materia hanc esse falsam / christus incipit eē / ⁊ exponentes vere: ⁊ sic est: sed vitium est in litera ⁊ deficit casus. Nam exponentes debent esse iste / christus in. a. instanti non fuit: ⁊ christus immediate post hoc erit / ⁊ casus est / quod humanitas christi inceperit ꝑ vltimum non esse / ita quod in instanti incarnationis fuerit verum dicere / deus nunc non assumit naturam humanam: ⁊ immediate post hoc assumet / ⁊ hoc intelligo supposito quod iste exponentes debent poni in esse non resoluendo illas sed sic / christus nunc non est (signo instans incarnationis) ⁊ christus immediate post hoc erit. Et hoc (vt pz) volui dicere in prima parte.

¶ Tertio arguitur ad idem / non sequitur / deus ⁊ michael nunc non sunt / ⁊ deus ⁊ michael immediate post hoc erunt / ergo deus ⁊ michael incipiūt esse: ⁊ tamen arguitur per regulas: igitur. Quod non valeat pz / quia in casu quod nūc michael incipiat esse per vltimum non esse / antecedens est verum ⁊ consequens falsum. Antecedentis veritas est nota: ⁊ consequentis falsitas patet. Bene valet / deus ⁊ michael incipiunt esse / ergo deus ⁊ michael sunt incipiens ⁊ incipiens esse: consequens ē falsum / quia eius vna pars non supponit: igitꝰ.

¶ Ad hoc argumētum ē duplex modꝰ dicendi. Quidam dicunt prefatam exponibilem esse veram sicut sue exponentes ostendunt. Et ad huius improbationem negant ꝯñam: arguitꝰ enim (vt dicitꝰ) ab acceptione vnica ad nō vnicam: eo q̄ negatio inclusa in ly incipit ferꝰ vnica acceptione supra ly eē in ꝯñte positū: ideoq̄ affirmant aliam eē immediate exponendam. ¶ Pro quo sciēdum (vt ipsi dicunt) q̄ quando terminꝰ ē pluralis numeri: si negatio aliqua sit cadēs sup ipsum explicite tunc dz resolui taliꝰ q̄ negatio cadat in totū vnica acceptione: vt si dicam / sortes ⁊ plato sunt non videntes debet sic resolui / sortes ⁊ plato sunt non videns ⁊ videns taliꝰ q̄ negatio totum copulatum categorematice neget ⁊ nullam ptē ꝑ se. Si vero tꝰs pluralis hēat negationem implicitam tūc opz ipsum resolui ꝑ tꝰos singularis numeri appositis duabus negationibꝰ singulis cadētibus in singulas partes: Ut si dicam / sortes ⁊ plato sunt ceci debet sic resolui / sortes ⁊ plato sunt non videns ⁊ non videns. A qua regula excipiunt ly differentes ⁊ ly incipientes / ⁊ desinentes / eo q̄ negatio inclusa in ly differētes (⁊ similiꝰ in aliis similibꝰ) cadat vnice supra copulatum implicitū: ⁊ si resoluerentꝰ caderet non vnice.

¶ Alij vero oppositum opinantur asserentes prefatam exponibilem esse falsam. Hec assertio licet communiter reiiciatur / mihi tamen verior videtur vt saltem communi modo concipiendi conformior. Quod quidem vel hac sola ratione persuadeo. Plurale nil aliud est q̄ singulare geminatum / ergo geminato singulari necesse est omne id geminari quod est de ratione significationis singularis: sed de ratione de ly incipit / in singulari est negatio / ergo talis negatio debet geminari ergo in resoluente non vnica sed duplex negatio debet poni / ergo optime resoluitur ly incipientes per ly incipiens ⁊ incipiens. Uidetur autem communi modo concipiendi contraire / dicere quod vno ente incipiente sit verum dicere / omnis entia mundi incipiunt esse / quod tamen oppositum tenentes concedunt. Sed mihi videtur meliꝰ eis fuisse ponere aliū modum exponēdi tales ꝓpositiones q̄ ꝯcedere mille absurditates ꝓpter seruādū modū positum. Dicitur ḡ tales ꝓpōnes sufficienter indicari veras vel falsas ꝑ resolutionem ꝑdictam: ⁊ veritas resoluētis ꝑ suppositionem ptium ⁊ partium suppositiones per verificationes earum: ⁊ cuiuslibꝫ verificatio per expositionē. Un

de ꝓbata ꝓpositio erit falsa/ qꝛ hec ē falsa/ deus ꝛ michael sunt incipiens esse ꝛ incipiens esse: quia vna ps predicati non supponit. Ista autem erit vera/ sortes ꝛ plato incipiunt esse/ dato quod vnū per primū eē ꝛ alter per vltimum non esse incipiat esse. Quis enim nō concederet hanc in primo instanti creationis celi/ celū ꝛ motus eius incipiunt esse: Et tamen celum incepit ꝑ primum esse: ꝛ motus per vltimum non esse: que tamē esset falsa si immediate esset exponenda/ saltem eo modo quo alij dicunt. Fateor tamen ꝓpositiones ī qb' talia verba ponunt in plurali esse exponēdas immediate/ si ponat aliqua determinatio q̄ solum possit competere ptibus subiecti simul sumptis. Nam sic cōis modus cōcipiēdi nō ꝯcipit inceptionem competere partibus ꝑ se/ sed vni respectiue ad alteram/ vt toti ꝛ cuilibet ex illis vel aliquo alio modo. Ait istam ꝯcederem veram in dicto casu. s. deus ꝛ michael incipiūt eē binari'

Sed arguē q̄ ēt ista potest exponi immediate. s. de' ꝛ michael incipiunt esse: quia ly esse est quedam determinatio que videtur determinare vnice partes ibi inclusas.

Ad hoc nego ꝯñam: ꝛ nego ly esse taliter determinare partes in communi hominum sensu: alioqn̄ hec esset falsa/ sortes ꝛ plato incipiūt esse: si ly esse taliter determinaret ptes ibi inclusas. Nam tunc vnum ꝛ idem esse deberet competere vtriqꝫ/ quod non opꝫ. Nec ꝓdest dicere/ ibi ly esse confundi/ quia dato quod cōfunderetur oporteret fieri quod dictum ē: alioquin cōfunditur vnica determinatio cum non vnica. Ah (vt communiter homines intelligunt) non refert dicere/ deus ꝛ michael incipiunt esse/ ꝛ dicere deus ꝛ michael sunt incipiens ꝛ incipiens esse. Unde resolutorie dicitur/ quod in talibus propositionibus aspiciendum est/ an tales propositiones equiualeant in comuni omniū hominum sensu copulatiuis/ dato q̄ ly ꝛ sumat complexiue: itaq̄ ab vna ad reliquam sit ꝯsequentia materialis ad minus/ ꝛ tunc earum veritas iudicanda est modo predicto: vel ꝑ reductionem ad copulatiuam. Si vero hoc non accidat/ poterit exponi immediate. Meli'. n. arbitror vt varientur modi cognoscendi veritatem/ q̄ quod diuersi modi concipiendi regulentur ꝑ vnum modum exponendi. Sufficiens enim causa in istis videtur esse diuersitas in communi intellectione. Non enim ob aliud superlatiuum potest exponi affirmatiue ꝛ negatiue: nisi quia proferens tales ꝓpositiones diuersimode potest concipere: l3 verba vel scripture nō differant materialr̄: siue sic vel sic sumant. Si vero alicui libuerit trahere potius modum ꝯcipiendi ad modum exponendi q̄ e cōtra/ poterit dicere vt alij dicūt/ sed illud potius videt̄ imponere voces nouiter ad significandum: q̄ iudicare de eis secūdum q̄ cōmuniter hominibus ipse voces significāt.

Quarto arguitur/ non valet/ sortes incipie ꝑtransire ponte: ergo sortes nūc ꝑtrāsit pontem/ ꝛ nō immediate ante hoc ꝑtransiuit pontem/ vl sortes nūc nō ꝑtrāsit pōtē: ꝛ immediate post hoc ꝑtransibit pontem: ꝛ tamē argui scdm̄ regulas igit. Quod non valeat pꝫ: in casu q̄ nunc sortes incipiat moueri supra pōtem ꝑ vltimum non eē motus/ añs ē verum ꝛ ꝯñs falsum. Ueritas añtis nota apparet. Cōsequētis falsitas pꝫ/ quia si aliqua pars illius disiunctiue eēt vera: esset secunda copulatiua: sed illa est falsa: igitur: Consequentia tenet/ qꝛ pertrāsitio est rerum successiuarū/ ꝛc ergo debet incipere per vltimum nō esse: ꝛ non ꝑ primū esse: ꝛ hoc importat secunda copulatiua igitur. Sed q̄ illa sit falsa patet: quia eius secunda pars est falsa: Pꝫ hoc/ quia hec est falsa/ sortes immediate post hoc pertransibit pontem: ꝛ hec est scda ps igitur. Minor est nota ꝛ patet maior: quia bene valet/ sortes immediate post hoc pertransibit pontem: ergo immediate post hoc itꝫ erit quod sortes pertransit pontem: consequēs ē falsum: ergo ꝛ añs. Falsitas consequentis (posito q̄ ꝑtransitio pontis duret per horam) patet sic/ si ꝯñs illud non est falsum sequitur q̄ in quolibꝫ instāti illius hore ē verum dicere q̄ sortes ꝑtransiuit pōtem: quod est impossibile. Cōsequētia tenet/ qꝛ illa de inesse ē vera in quolibꝫ instāti: ꝛ in quocunqꝫ instāti signato erit dabile ante illud vnum aliud in quo vna de ꝑsenti fuit vera/ ergo aliqua de ꝑterito erit vera in sequēti instanti. Ex quo sequitur quod aliqua de preterito est vera ꝛ non necessaria: cum in medio hore sortes possit obire.

Ad hoc argumentū multiplex ē mod' dicēdi. Quidam enim distingunt d ly ꝑtrāsire: qꝛ vel vnit in ordine ad instās vel in ordīe ad tēp'. Si p̄mum (vt dicūt) ē impꝯs sicut exponētes. Si vero vniat in ordine ad tēpus dicunt illam esse veram ꝛ sue exponētes similr̄/ ꝛ cōcedunt totam deductionem vsqꝫ ad id inconueniēs: quod adducitur. s. q̄ esset dabilis aliqua de ꝑterito vera que non sit necessaria. Nam illud non est inconueniens in illis de preterito/ quarum veritates depēdēt ab alijs de futuro/ nunc autem sic est: posito quod illa de ꝑterito dependeat ab hac de futuro contingenti. s. sortes perueniet ad finem pontis.

Sed hac solutiōe stante/ hec ꝓpō eēt cōcedēda antichristus īcipit esse. Nā ostenso toto tēpore vsqꝫ ad tps totum antichristi in isto in instāti ichoatiuo huius tēporis antichristus non est/ ꝛ immediate post hoc erit/ supposito quod ly erit vniat in exponētibus ꝛ in exponibili in ordine ad tempus. Et multa alia cum his adducuntur ab alijs que manifeste pugnāt cum communi hominum sensu. Alij igit̄ dicunt exponibilem eē impossibilem sicut ꝛ sue exponentes. Alij distingūt de ly petransire. Nam vel est idem quod totum spatium ambulare: ꝛ sic illa est impossibilis. Uel sumitur prout idem est quod moueri per aliquam partem spacij ꝛ sic est vera: ꝛ in isto sensu communiter sumitur. Et sic vltimus modus videtur mihi rationabilior primo: Nam communiter homines vocāt ipsum motum super aliquam rem transitum ipsius rei ꝑsertim qñ id quod mouet̄ ad hoc mouetur vt totū spacium ꝯpleat vel transcurrat.

Sed dices contra/ ergo ista propositio non potest esse vera/ scilicet/ sortes pertransibit pontem: consequens non est dicendum: ergo nec antecedens. Consequentia tenet: quia illa est vna de futuro que nunquam habebit vnum de presenti veram: igitur. Hoc patet: quia si potest habere/ esset ista/ sortes pertransit pontem: sed hec non potest esse vera igitur. Quod non possit esse vera patet/ quia vel ly pertransit vnit pro instanti vel pro tempore. Si p̄mum est impossibilis/ quia tunc sensus eēt/ sortes in aliquo instāti mouetur per partem pontis. Si secundum/ vel illud tempus est tota hora per quam fit transitus: vel aliqua eius pars. Non p̄mum/ quia illud tempus mensurat motum totius pontis ꝛ non alicuius partis: ꝛ tamen tu dicis q̄ ly ꝑtransire signat motum illius partis. Si scdm̄/ vel est vltima ps hore vel aliqua alia. Non vltima: qꝛ illa non ē: nec aliqua alia: qꝛ tūc ī casu q̄ sortes non veniret ad finem pōtis illa de ꝑsenti eēt vera: Pꝫ hoc: quia antequam sortes veniat ad finē pontis verū

est dicere/sortes mouetur per hanc ptē pōtis.

¶ Ad hanc replicam dicitur/quod existēte solutione data/ipsa pcedit ex falsa imaginatione. Nam pcedit/ac si hec ppositio/sortes ptransibit pontē:sumatur in hoc sensu/sortes finiet motum super pōtem/quod est falsum: Sed sensus est:sortes mouebit per aliquā partem pontis: τ illa habebit hanc de inesse/sortes mouet per istam partem pontis/ly mouetur vniēte pro toto tempore illius motus. Et si queras an ista poterit esse vera/sortes pertransibit pontem:vt ly pertransibit dicat completionem motus? Dicitur quod sic: τ sua d in esse erit ista/sortes pertransit pontem:que vera est in instāti terminatiuo motus q̄ dz terminari in linea terminatiua pōtis:in q̄ instāti ē verū dicere/sortes icipit ptrāsire pōtē: τ sortes dsinit ptrāsire pōtē quia sensus est/sortes in isto instanti incipit finire motum: τ sortes in eodem instanti desinit finire motum τ cum finis motus sit instanti in quo est vltimum mutatum esse completum/quod proprie solum respicit instans:sequitur illam copulatiuam esse veram:sicut hec esset vera gabriel nunc incipit esse τ desinit esse/si angelus crearetur duraturus tantum per vnum instans. Veritas autem illius copulatiue patet per exponentes propositionis de incipit per primum esse/τ propositionis de desinit per vltimum esse. Fateor autem propositionē apparere absurdam/eo q non sumatur in illo sensu communiter.

¶ Quinto arguitur/non sequitur/ nūc motus celi non est: τ immediate post hoc erit/ergo celum incipit moueri: τ arguitur secundum regulas igitur.

Quod non valeat patet/quia rebus vt nunc antecedens est verum τ consequens falsum. De conseq̄ntis falsitate notū ē:añtis veritas pz:quia ly nunc quando dicitur/nunc motus celi non est signat instās τ motus nō potest esse instāti: igitur pma expones ē vera: τ de scda non est dubium:igit.

¶ Ad hoc argumētum negatur maior. Et ad probationem negat antecedēs. Et ad eius probationem nego hanc esse veram/nunc motus celi non est/quia sua contradictoria est vera:scilicet/nunc omnis motus celi est. Pro quo aduerte non esse idem dicere/motus celi est in instāti/ τ in instanti est motus celi. Nam sensus prime est/quod motus celi mensuretur instanti/ τ secunde quod in instanti sit verum dicere motus celi est. Pro quo oportet meminisse illius quod in prima parte dictum est de entibus successiuis.s. q quādo aliquod diuisibile continuatiuum entis successiui est/ ē verum dicere/ens successiuum est: τ cum illd diuisibile sit in instanti/tunc erit verum dicere ens successiuū esse: τ sic ista est vera/nunc est motus celi:que licet nūc sit vera:non tamen infert motum celi esse instanti tanquā in mensura: ac proinde sua contradictoria erit falsa. Verū ē tñ q indifferēter dicim⁹/nūc mot⁹ ē: τ mot⁹ ē nūc. Sed vt denotet veritas sensu bonū erit hec diuersum modum loquendi.

¶ Sexto non valet/sortes nunc nō peccat/ τ immediate post hoc peccabit/ergo sortes icipit peccare: τ tamen arguitur p regulam igitur.

Quod non sequatur patet/quia in casu quod deus precipiat sorti vt diligat deum in vno instanti intrinseco hore (vocatur autem instans intrinsecum quodlibet instās q̄ non ē inchoatiuum aut terminatiuum hore. Nam ista duo dicuntur extrinseca. Ultra volo q sortes non diligat deum per totam horam)tunc in instanti inchoatiuo hore:antecedens est verum τ consequens falsum. Consequentis falsitas patet/falsum est dicere quod in illo instanti incipiat peccare cum possit diligere deum in instanti medio illius hore: τ tunc nō peccabit: τ per consequēs non in illo instanti incipit peccare. Veritas antecedentis probatur quoad secundam partem/quia de prima notum ē/sic:bene valet/sortes post hoc peccabit: τ non erit dabile instans post hoc quin inter illud τ hoc peccabit:igitur sortes immediate post hoc peccabit. Consequentia est nota: τ antecedens quo ad primam partem. Secunda vero patet:quia in aliquo instanti sortes peccabit/ τ non est potior ratio de vno q̄ de alio/ergo dato quolibet instanti inter illud τ inchoatiuū hore peccabit. Prima pars antecedentis est nota vt patet ex precepto. Secunda vero probatur/quia si potior ratio esset de vno instanti q̄ de alio esset quia peccabit in vltimo: sed illud non ē dabile:q2 non da ē vltimum instās cōtinuatiuum temporis: igit habetur propositum.

¶ Antequam ad argumentum respondeatur in forma/oportet videre quando sortes peccat in dicto casu. Pro quo sciendum aliquos dicere/sortem peccare in instanti terminatiuo hore. Et ratio est/quia illud est peccatum omissionis quod non imputatur vel perfecte completur:nisi quando homo se reddit impotentem ad implendum preceptum: sed nunquam sortes fuit impotens ad hoc nisi in instanti terminatiuo hore:ergo tunc primo peccauit/quia tunc primo fuit impotens. ¶ Sed cōtra hoc videtur esse:quia sortes tenebatur diligere ante instāns terminatiuum τ non dilexit ante instans terminatiuum:ergo ante illud peccauit:ergo non peccauit in instanti terminatiuo. Ob hoc aliqui dicūt q sortes peccauit in tota hora categorematice τ inadeq̄te/nō tñ adeq̄te/nec ī aliqua ei⁹ pte aut in instanti adequate.

¶ Sed cōtra hoc sic arguo/pono casum q deus dicat sorti existēti in pctō/nō pecces ampli⁹ in aliquo instāti intrinseco hui⁹ hore seq̄ntis: τ dabo tibi grām q̄ primū impleueris hoc preceptum: τ sit ita q sortes nō peccet. Quero qñ pmo de⁹ dabit sibi gratiam? nō instāti terminatiuo hore q2 ante illud impleuit p̄ceptum:non in instanti vltimo:quia illud non ē:neq3 in tota hora adeq̄te/qd sic pbo/grā incipit p pmū eē/ḡ tota pōt eē ī aliq̄ instāti/ḡ eius datio non mensurat tpe.

¶ Ad hoc posset aliquis dicere q̄ imediate añ instās terminatiuum in aliquo instanti deus dabit illi grām vt ly in aliquo instanti stet confuse tantum: τ sic datio gratie non mensurabitur tempore. ¶ Sed cōtra hoc replicatur/illa propositio est falsa:ergo solutio nulla: Añs patz per eius exponētes: nam prima ē falsa que est hec/ante instans terminatiuum deus dabit grām. Hoc patet:quia vel ly dabit vnit pro tempore vel pro instanti. Nō primum:quia datio gratie nō mēsurat tēpore. Nec scđm/q2 tale instās nō ē signabile/cum ibi stet determinate:igit̄ τc

¶ Aliter ergo videt mihi dicēdum eē. Pro q̄ sciēdū ē pzio:q lz pse actus intellectus τ volūtatis nō mēsurēt tpe quia possunt eē in instāti:tamē p accidens non inconuenit ibi interuenire tempus: p̄sertim quando est necesse q deliberatio precedat actum voluntatis: τ talis deliberatio sit cum collatione plurium rationum: vel quando oportet prius memorari alicuius preteriti:vel p̄uidere aliquod futurū vel aliquid huiusmodi. ¶ Scđo sciēdum/q lz tēpus τ motus τ oē successiuū mathematice sit diuisibile i infinitū/nō tamē phisice. Unde ē dabilis motus adeo paruus q̄ nō pōt diuidi phisice: τ similiter pars temporis aliqua dabit mens

furans illum motum quia minor non potest mensurare illum motum. ¶ Tertio sciendum quod homo in statu huius vie non potest per plurimum temporis persistere cogitans solum vnam rem: quin sibi adueniant varie cogitationes. Dicitur ergo quod in illo casu si sortes omisit implere preceptum per totam horam quod peccauit in instanti inchoatiuo temporis a deo parui vt non possit in eo elicere actum de quo erat preceptum / et illud tempus erit indiuisibile phisice / licet non mathematice: si habuit curam sufficientem ad hoc ve non obliuisceretur culpabiliter illius precepti licet alie cogitationes ei se offerrent. Si vero ante finem hore fecit aliquid quo se impossibilitauit ad preceptum illud implendum dico quod tunc primo peccauit: vel quando voluit illud impedimentum opponere.

¶ Sed contra hoc replicatur. Pono casum quod sortes habeat talem curam circa memoriam illius precepti quod semper per totam horam sit in actu cogitans illud: et quod non habeat necesse deliberare per tempus: sed quod in instanti solum possit producere actum volitionis vel nolitionis. Et hoc stante / quero quando sortes peccabit? ¶ Ad hoc respondetur quod in vltimo instanti intrinseco hore. ¶ Sed dices contra / quia nullum tale est alioquin illud esset immediatum instanti terminatiuo: et sic darentur in tempore duo instantia immediata: quod est impossibile.

¶ Pro huius replice solutione sciendum quod instantia sunt duplicia. Quedam enim sunt instantia temporis continui. Alia vero temporis discreti. Et de primis verum est esse impossibile duo instantia esse immediata. Nam dato opposito sequeretur continuum componi ex indiuisibilibus / quod est impossibile. Instantia vero temporis discreti bene sunt immediata. Nam tale tempus componitur ex multis instantibus / sicut numerus ex multis vnitatibus: vt doctor sanctus dicit in multis locis. Tunc dicitur quod si sumatur sola actio intellectus et actio volutatis secundum se vt sumitur in replica: et secundum mensuram sibi proportionatam mensurantur instantibus non temporis continui sed discreti: et talia instantia simul non coexistunt instantibus temporis continui / sed bene temporis partibus: ita quod vnum instans temporis discreti / potest coexistere vni diei temporis nostri: ac proinde sicut partibus temporis non repugnat eas esse immediatas: ita nec illis instantibus repugnat.

¶ His habitis / ad argumentum respondendo in forma negatur maior. Et ad probationem negatur antecedens. Et ad probationem negatur veritas exponentis secunde. Nam siue vniat ly peccabit pro instanti temporis continui / prout dixi in prima solutione: siue pro instanti temporis discreti illa exponens vbi ponitur ly immediate erit falsa: vt patet exponendo illam ratione de ly immediate. Et sic dicitur quod sortes peccabit in vno instanti temporis discreti quod erit immediatum instanti terminatiuo hore: et illo erit verum dicere: nunc sortes incipit peccare.

¶ Septimo / non valet / michael nunc non

est / et immediate post hoc erit / ergo michael incipit esse: et tamen arguitur per regulas: igitur et cetera. Quod non valeat patet / in casu quod nunc non sit michael / sed illum producat deus in hora sequenti subito: idest non in instanti aliquo determinato / et intrinseco hore: neque in aliquo tempore adequate / sed inadequate: ita vt non possit dari tempus quantumcumque signetur aliquod paruum tempus in quo adequate producatur. Et quod tunc antecedens sit verum patet: et pono quod simus in instanti inchoatiuo hore: et quod deus in isto producat gabrielem: et arguo sic / deus potest producere michaelem immediate post gabrielem: subito tunc antecedens pro vtraque exponente est verum: igitur et cetera. Consequentis vero falsitas patet: quia si talis angelus incipit esse queritur in quo instanti incipit: vel in aliquo instanti inchoatiuo hore / et hoc non: quia est res permanens / et non potest incipere nisi per primum esse / neque in aliquo alio / quia quocunque dato ante illud fuit. Hoc patet: quia si non fuit ante illud et in illo est / ergo incipit esse in instanti: igitur non subito quod est contra casum. Si forsan dicas illum incipere esse in instanti terminatiuo hore. Contra / volo quod tantum duret angelus ille per horam et anihiletur in fine hore.

¶ Ad hoc argumentum communiter dicitur regulas pati instantiam admisso casu posito. Alij aliter hoc intendunt dicentes regulas non habere verum quando dextro. r. inceptio rei non mensuratur instanti / sed tempore. Vnde dicunt hanc consequentiam non valere / hoc lignum diuidetur: et nunc non est diuisum / ergo incipit vel incipiet diuidi: casu posito quod in tota hora sequenti hoc lignum diuidetur ita quod in instanti terminatiuo hore sit actu diuisum / et nullo modo ante.

¶ Sed pro argumenti solutione est notandum quod secundum doctorem sanctum et veros philosophos celsus primus est impossibilis. Et ratio est / quia productio angeli non potest mensurari tempore sed instanti. Nam cum eius essentia nullas habeat partes sed sit omnino indiuisibilis / non est intelligibile talem essentiam mensurari / mensura habente partes: alioquin mensura et mensuratum non erunt homogenea. ¶ Sed dices contra / ergo deus non potest producere vnum angelum immediate post alium / consequens est falsum ergo et antecedens. Consequentia probatur: quia talis productio non mensuratur tempore per te nec in instanti: quia nullum tale est signabile. Quod si neges / signetur: et sit. a. sic arguo / inter. a. et instans productionis primi angeli mediat tempus / ergo non immediate post primum est secundus productus. Consequentis vero falsitas patet: quia absurdum videtur dicere / quod si deus produxit vnum angelum necessario debet expectare transitum temporis vt alium producat.

¶ Pro huius replice solutione sciendum quod ly immediate sumitur multipliciter. Vno modo categorematice: et sic aliqua se habere immediate / aliquando idem est quod eorum vltima esse simul: et sic dicitur ignem esse immediate post celum lune. Aliquando idem est quod aliquorum vltima esse vnum: et sic dicimus quod pars temporis immediate succedit parti temporis. Aliquando idem est quod duo esse sine medio actuali: et isto modo si esset vacuum inter celum et terram illa corpora essent immediata. Si vero ly immediate neget medium possibile / illa est propositio falsa. ¶ Alio modo ly immediate sumitur sincategorematice / et hoc dupliciter. Vno modo vt attribuitur rebus permanentibus vel successiuis: et sic sumitur exponibiliter: et debet exponi sicut supradictum est: et sic dicitur quod non est possibile vnum angelum immediate produci post alium: sumpto ly immediate exponibiliter. Hoc probatur / quia sequeretur ipsum esse productum in aliquo instanti: et in nullo instanti esse productum: quod manifeste implicat contradictionem. Et loquor de angelo vno determinato in presenti. Dico hoc / nam si admitteretur esse possibile deum producere in qualibet parte proportionabili hore sequentis vnum angelum / tunc ista esset vera / immediate

Post hoc erit angelus/ista existente falsa/angelus erit immediate post hoc. Dixi si admitteret̃ nã tenẽdo esse impossibile in finitum posse esse/nõ facile apparet qđ rectius negaretur vel illa productio in qualibet parte proportionali/vel illa admissa q̃ angeli creati nõ possint cõseruari. Sed hec tanquam ad argumẽtum nõ p̃tinentia omittãtur in presenti.

¶ Dicit ergo amplius/quod duo angeli non possunt esse immediate primo vel secũdo modo/q̃ nõ sunt quãti.

¶ Dicitur vltra deum posse facere vnum immediate post alium tertio modo. Vñ ad replicam nego cõñam/⁊ ad eius ꝓbationem do secundum: ⁊ ad eius ꝓbationem nego añs ⁊ signo. a. instãs. Et ad ꝓbationẽ nego quod inter illud instãs ⁊ aliud mediet tempus: immo talia instãtia sunt immediata: eo q̃ nõ sint instãtia temporis continui: sed euiternitatis vel temporis discreti. Et sic cessant omnes obiectiones que hic possint fieri ⁊ fiunt ab aliis: que certe ducũt eos ad ꝓpositiones concedẽdas que sic videntur medio carere in sua falsitate/sicut ly quodlibet ẽ vel nõ ẽ in sua veritate: Possunt enim cõcedunt oppositum. s. vnum angelum posse ꝓduci immediate post alium in sensu negato: tenẽtes aliquem angelum posse esse in vna hora ⁊ in nullo instãti illius hore/⁊ quod angelus erit/nec incipiet esse: ⁊ qui nec est nec erit in aliquo instãti. Et vltra/ quod aliquid adeo cito corrumpetur sicut ꝓducetur: quod nec desinit, nec desinet esse/nec erit in aliquo instanti.

¶ Illud vero dictum eorum scilicet prefatam expositionem nõ deseruire rebus quarum inceptio vel desitio est in tempore verum est. Nec primum dictum ẽ reprobatum nisi quo ad casus admissionem. Et quod aliud sit verum p̃z/quia hec fuit vera in principio creationis lune/incipit totus motus lune esse. Et loquor/ac si tales ꝓpositiones tunc fuissent formate. Et consimiliter dicendũ est de illa/incipit lignum diuidi: si loquamur de diuisione totali durante per horam. Et de aliis similibus.

¶ Octauo nõ sequitur/sortes in hoc instanti incipit eẽ/& sortes in hoc instanti est: ⁊ nõ immediate ante hoc fuit/vel sortes nunc non est: ⁊c. ⁊ tamẽ arguitur per regulas igitur. Quod non valeat patet in casu quo sortes non incipiat esse sed fuerit ⁊ nunc sit Cõsequẽtis falsitas liquet: ⁊ añtis veritas ꝓbatur: bene valet/sortes incipit esse in hoc instanti: ergo sortes in hoc instãti incipit esse: ⁊ antecedẽs est verum ergo ⁊ consequẽs. Veritas añtis p̃z. Bene valet/sortes nũc est in hoc instanti: ⁊ non immediate ante hoc fuit in hoc instanti: igitur sortes incipit eẽ in hoc instãti.

¶ Ad argumẽtum hoc respõdetur negãdo maiorem. Et ad eius ꝓbationem negat̃ veritas añtis: ⁊ ad ꝓbationem negatur cõñquẽtia: nam variatur appellatio ex parte illius determinationis: eo q̃ in cõseq̃ẽte denotatur inceptionem simpliciter. i. secũdum substãtiam conuenire sorti existẽti in instanti demõstrato: ⁊ in consequẽte denotat̃ solũ quod sortes incipiat esse in illo instanti in quo antea nõ fuerat: ⁊ ob hoc multũ refert dicere sortes in isto loco incipit esse: vel sortes incipit esse in isto loco. Si vero proferens propositionem non faciat vim in hoc quod determinatio precedat vel sequatur distinguenda est penes hoc quod determinatio potest determinare ly incipit vel ly est/licet in rigore dicendum sit vt dictum est. Si autem determinatio mediet inter ly incipit ⁊ ly est/bonum erit apponere distinctionem dictam. Exemplum patet hic/sortes incipit in hoc loco esse.

¶ Dicitur ergo resolutorie ad argumentum exponibilem esse falsam sicut ⁊ exponẽtes. ¶ Sed cõtra hoc arguitur. Si dicta essent vera/sequeretur hanc eẽ veram/sortes moritur in isto loco/signato loco in quo nunc est/ ⁊ in quo non immediate post hoc erit/manens tamen semper/cuius consequens est falsum/ergo ⁊ dicta. Consequentia sic patet/bene valet/sortes desinit viuere in isto loco: ergo sortes moritur in isto loco: ⁊ antecedens est verum ergo ⁊ consequens. Consequentia vero patet/hec consequentia est bona/sortes desinit viuere/ergo sortes moritur: ergo ⁊ illa: ⁊ antecedens est verum ergo ⁊ consequens. Consequẽtia vero tenet/quia si aliqua consequẽtia est bona ⁊ idem addatur in antecedente ⁊ consequente illa restabit bona: igitur.

¶ Ad replicam hanc multi concederent consequẽtiam concedentes idem esse sortem mori in isto loco/⁊ ipsum desinere viuere in isto loco. Ubi determinatio determinat ly viuere. Hoc tamen communi modo loquẽdi ⁊ cõcipiendi repugnat. Unde ad replicam negatur cõsequẽtia. Et ad probationem negatur cõsequẽtia. Et ad probationem etiam negatur consequẽtia. Et ad probationem dicit/illam regulam eẽ veram si proprietates logice saluentur: quod in presenti nõ fit/eo quod varietur appellatio/ꝓpter quod non valet/si homo est risibilis ergo homo est sensibilis/ergo si homo per se primo est risibilis homo per se primo est sensibilis. Dicitur ergo quod in communi locutione quãdo dicitur/sortes mortuus est hic vel ibi: in ly mortuus includitur quod sortes desinit viuere hic vel ibi: ille tamen determinationes non debent determinare ly viuere/sed ly desinit. Nam sensus est quod sortes existens hic vel ibi desinit viuere absolute: ⁊ iste sensus debet sumi in communi locutione: siue determinatiões ponantur post ly mortuus: siue ante: q̃ sic hẽt vsus. Vñ dr̃ hispane. Siluestre dexo d biuir en seuilla/y se fue a biuir ala cibdad de cordoua. Ob hoc tamẽ non diceremus hispane/siluestre murio en seuilla y se fue a cordoua: Et sic non est necesse concedere propositiones innumeras quas alij concedunt in hac materia.

Nono arguitur/iste contradicunt/incipit esse homo: ⁊ nullus homo incipit esse: ⁊ tamen ambe sunt vere si modus exponendi esset bonus: igitur. Maior videtur nota: sed minor probatur: in casu quod nullus homo sit sed diuisa hora sequente per partes proportionales: in qualibet parte sit vnus homo ambe sunt vere: igitur. Quod ambe sint vere patet/⁊ primo de prima. Bene valet/nunc non est homo: ⁊ immediate post hoc erit homo: ergo incipit esse homo. De secunda p̃z: quia hec est falsa/homo incipit esse: & alia est vera: cum sit sua verissima contradictoria. Quod autem illa sit falsa notum est: cum nullam descẽdẽtem habeat veram. Si forsan dicas eas non esse contradictorias/eo quod in vna terminus vnus distribuit̃/ab signum speciale confusionis ⁊ non in alia stat confuse post tale signum. ¶ Contra hoc/q̃ hec ꝓditio communiter iam nõ ponitur: ergo ob huius defectum nõ desinunt esse contradictorie.

¶ Ad argumentum bene responsum est vsq̃ ad replicam: ad quam respondetur dupliciter. Primo/q̃ non totaliter tollitur sed reducitur ad alias: eo quod ly incipit includit vniuersalitatem quando affirmatur ꝓut fit in primo: ⁊ sic stat in ordine ad ly homo stans cõfuse: ⁊ sic oportet vt in negatiua mutetur in particularitatem stãtem determinate: quod nõ potest fieri/nisi

si dicat sic/non incipit esse homo et sic in idem redeunt ambo dicta. ¶ Secundo dicitur necesse esse illam conditionem (vt iacet) manere: eo quod non omnis terminus confundens alium includit vniuersalitatem. Nam si dicam ignis appetit locum sursum/ly locum stat confuse: et tamen non includit vniuersalitatem: et si illam fingas ego etiam sustinebo in hac esse vniuersalitatem. s. homo currit/quia necessario infert hanc/homo est/et homo qui est currit/vbi ly et/est vniuersalitas. Sed hoc dimisso arguitur/contra/ dicendo sic/non incipit esse homo ambe sunt dabiles falsi in casu quod solus vnus homo est quo fuerit multi alii homines qui nunc desinant esse et maneat/et sit verbi gratia sortes/tunc de falsitate affirmatiue notum est/negatiue vero falsitas sic probatur. Sua contraria est vera: ergo illa est falsa. Consequentia est nota: et antecedens patet/quia hec est vera/omne incipiens esse omnis homo/est: et est sua contraria igitur. Quod sit vera probatur: quia eius ascendens est vera. Bene enim valet/hoc incipiens esse omnis homo/est: et non est aliud incipiens esse omnis homo nisi hoc/ergo omne incipiens esse omnis homo/est.
¶ Si forsan dicas eas non esse contrarias/contra illa negatiua habet contrariam et non aliam nisi illam/etc.
¶ Ad argumentum bene responsum est vsque ad hoc vltimum. Pro quo ponitur regula.

¶ Nulla propositio de ly incipit vel desinit in qua terminus communis non precedit talia verba potest habere contrariam. Hec propositio sic probatur/quia vt in tali propositione nil aliud nisi preponere illi negationem/et sic dabitur contradictio/vel illud verbum vtrobique manet affirmatum: et tunc manebit eadem vniuersalitas et eadem particularitas in ambabus. Si vero negentur talia verba vtrobique: manebit idem inconueniens vt patere potest exponentes talium propositionum aspicienti: et sic tales propositiones nec erunt contrarie nec subcontrarie. Si vero termini precedant verba/secus erit.

¶ Decimo arguitur ad idem/ iste contradicunt/sortes incipit esse angeli homo/et sortes non incipit esse angeli homo/et tamen ambe sunt vere/in casu quod sortes sit in hoc instanti inchoatiuo hore: et nullus angelus nunc sit: sed tamen diuisa hora per partes proportionales minoribus terminatis versus hoc instans in qualibet producatur vnus angelus possessurus sortem/igitur. Quod contradicant patet/quia habent conditiones secundum quod oportet in his exponibilibus: igitur. Quod autem sint vere probatur exponendo affirmatiuam: et descendo copulatiue in negatiua sub ly angeli sic sortes non incipit esse angeli homo/ergo sortes non incipit esse istius angeli homo/et sortes non incipit esse istius angeli homo: et sic de aliis. Et quod iste sint vere patet per falsitatem suarum contradictoriarum: et earum falsitates patebunt per earundem expositionem.
¶ Ad argumentum hoc negatur secunda pars antecedentis. Et ad probationem negatur descensus. Non enim licet descendere sub li angeli. Et quia est acceptio vnica: et quia non est eius veritas mensuranda per descensum/sed per expositionem.
¶ Dicitur aduertendum quosdam negare non debere fieri descensum sub partibus acceptionis vnice. Nam (vt dicunt) propterea negant hanc propositionem/brunellus hominis currit non potest aliter probari nisi per singularia de ly hominis.
¶ At vero licet in hac propositione et in aliis quam pluribus liceat descendere de per accidens non tamen de per se/ vt alibi dictum est/non tamen in prefata propositione de ly incipit et in aliis quam plurimis. Unde quidam doctor tenens prefatam opinionem in primo trac. postea in code/et in quarto libro fatetur se credere quod respectu de ly immediate consequentia non tenear ab vnica ad non vnicam/eo quod sub determinatione non liceat descendere in vnica: bene tamen in non vnica. Unde aperte constat hoc quod est posse descendi in vna et non in alia non prouenire ex parte de ly immediate cum vtrobique ponatur/sed quia vna est acceptio vnica et non in alia.
¶ Sed aliquis posset contra hoc arguere et bene sic/probans quod sub omnibus partibus acceptionis vnice sit licitum descendere ad minus quando stant personaliter/hoc modo: omnis talis terminus aut supponit determinate/aut distributiue/aut confuse tantum aut collectiue. Si primum/ ergo accipitur pro suis inferioribus disiunctiue. Si secundum copulatiue. Si tertium disiunctim. Si quartum copulatim/ergo licet descendere predictis modis. ¶ Ad hoc respondetur negando consequentiam. Nam non est inconueniens terminum aliquem sumi pro suis inferioribus taliter quod non liceat illa demonstrare/eo quod in tali demonstratione variantur proprietates. Probatur hoc ex communi doctrina logicorum dicentium ly hominem supponere confuse tantum in hac propositione/cognosco hominem/sub quo nullo pacto licet descendere/eo quod necessario variabitur appellatio: vt intuenti patet. Et quidam doctor tenens ly hominem supponere simpliciter tenetur etiam negare consequentiam/eo quod tenear sub determinatione accepta vnica non licere descendere quando ponitur ly immediate.
¶ Et si dicas me dixisse in prima parte posse sustineri ly hominem stare simpliciter: Respondeo verum est non tamen in primo gradu sicut prefatus doctor intendit: sed in .2. vel .3. Et confirmatur hec solutio: quia si dicam/animal est omnis homo/secundum omnes ly homo distribuitur/et tamen non licet descendere copulatiue: igitur etc. Prima pars antecedentis est nota: et secunda probatur: quia si licet/quero abs te que erit differentia in descensu quando ly omnis efficitur pars extremi et quando non efficitur? Sed queres dicens/qualiter ergo explicabitur acceptio qua accipitur ly homo pro suis significatis copulatiue? Ad hoc respondetur quod accipiendo illam propositionem in hoc sensu/animal est aliquid de quo omnis homo verificatur ita vt ly homo non sumatur copulatiue respectiue ad subiectum sed respectu illius transcendentis. Et pro hoc vide quoddam argumentum in primo tractatu in contradictoriis.
¶ At vero contra principalem solutionem replicatur sic/dicte propositiones non sunt contradictorie: ergo solutio nulla. Consequentia est nota: et antecedens probatur: quia acceptio vnica non manet eodem modo in ambabus cum in affirmatiua ly angeli stet confuse tantum: et in negatiua distributiue: eo quod sequatur negationem negantem.
¶ Pro huius replice solutione sciendum quosdam tenere acceptionem vnicam debere stare diuersimode in contradictoriis. Alii vero oppositum affirmant. Et si hoc intelligatur sic. s. quod quando pars acceptionis vnice formaliter in vna non distribuitur/debet in alia distribui formaliter. Predicte opiniones sunt sibi inuicem aduerse et prima falsa est et secunda vera. Si vero intelligatur partes talis acceptionis debere stare diuersimode formaliter vel virtualiter non opponuntur inter se: presertim vocando terminum stare virtualiter distributiue quando ex se infert propositionem vbi terminus taliter stat. Sed quia communiter ponuntur conditiones in oppositionibus vt seruentur formaliter/ideo melius videtur mihi dicere oportere partes talis acceptionis stare eodem modo vt in primo tractatu dictum fuit. Nam si ad suppositiones virtuales esset aspiciendum non haberetur doctrina certa nec efficax: cum ea que reperiuntur in virtute possint infini

tis modis variari. Amplius tenēdo hanc opinionem sequitur q acceptio vnica debet diuersimode stare oportet incidere in hoc inconueniens: scilicet quod supra eundem terminum cadant duo signa: vtz. s. affirmatiuum / et negatio negās et q talis terminus stat distributiue: Hoc pz p tenētes pfatam opinionem: et cōcedētes has esse cōtradictorias. s. equus hominis currit: quilibet equ9 cuiuslibz hominis nō currit: affirmantes q ly hominis in negatiua stare distributiue: qualiter etiam staret si nō poneretur ly cui9libet: et hoc secundum eos vt pz ex dictis eorum: Sed hoc oritur ex eo q cōcedūt ly cui9libet posse nō effici ptem extremi remanēte acceptione vnica: quod est impossibile: nisi vnica conuertatur in nōvnicā. ¶ Ad argumētū negat añs: et ad pbationem negat ly angeli stare distributiue: eo quod ly nō nullatenus cadat super ipsum: eo q (vt dictum est) sit acceptio vnica: lz ly angeli precedat ly homo: nā ptecedit alius rectus. s. ly incipiēs. Multa alia hic possēt agitari oppositiones respiciētia. s. an istis exponibilibus reperiatur oppositio secūdum legem tātū / quod multi negāt esse possibile / eo quod cōditiones ponant pp̄ter leges. Vñ si alique ppositiōes seruāt leges seruabūt (vt aīūt cōditiōes) et econtra: affirmātqz hoc asserētes nō sufficere ad hoc quod alique propositiōes sint opposite aliqua oppositione q tales ppositiones seruēt legem illius oppositionis: sed opz vt seruēt legem secūdum tenorem cōditionum vñ reincidūt in idquod reprobāt: Nam si sine cōditionibus seruāt legem ad quid opz seruare illam fm tenorē cōditionum. s. ex. vl cōditionum. Si dicas / ad hoc q repugnēt intrinsece et nō ex eo q componūt ex illis terminis vt istis: Ita similiter et ego potero dicere q opz vt seruēt tales cōditiōes quas tu dicis nō requiri. Amplius multe ppositiōes seruabūt legem cōtradictoriarum absqz eo q pticipēt in extremis / et absqz eo q vna sit affirmatiua omnino et alia oio negatiua: quare ḡ ponis eē necesse ppōnes oppositas pticipare in extremis? Sed de his satis / quia parue vtilitatis sunt.

¶ Questio. 49.

Circa ea que dicta sunt de ly differt / q̄ritur an recte dicta sint? Et videtur q non / in ter alia dictum est in istis ppositionibus tantum duo genera reperiri: hoc est manifeste falsum: igitur. Mā pz: ista ppō ē de differt. s. sortes differēs a leone nō ē: et tñ nō ē alicui9 ordinis eoz q̄ in prima pte posiłisunt: igitur.

¶ Ad hoc negatur secunda pars antecedētis. Et ad pbationem / toto añte cōcesso / negat ɔñs. Et ratio est / quia illa nō est exponibilis: sed eius veritas aut falsitas attendenda ē penes extremorum suppositionem: vt innuit in fine huius materie in p ma pte. Et quādo dicit ibi dē tales ppositiōes nō eē immediate exponēdas / sed debere ptius descēdi: nō itelligas ita vt facto descēsu exponāt: sed vt ibi dr descēdentes debēt iudicari p extremoz suppositionē: et eorū suppōper expositionem:

¶ Secundo arguitur / non valet / ens est et omne ens est: et a. ens non est ens / ergo. a. ens differt ab ente: et tamē arguitur p regulas / igit. Quod nō valeat pz / quia antecedēs ē verum vtliquet. Et falsitas ɔñtis pz: bene val3. a. ens differt ab ente / ergo. a. ens ē nō ens: ɔñs ē falsum / ḡ et añs.

¶ Ad argumētum duplex ē modus dicēdi. Quidam respondēt ad illud negando maiorem. Et ad ei9 pbationem negant ɔñtis falsitatem. Et ad eius pbationē negant ɔñam dicentes ibi argui a confusa ad determinatam. Nam asserunt illam confusam ibi habere suam vim: saltem respectu vniuersalitatis / seu negatiōis incluse in ly differt / q̄cquid sit de ordine eiusdē cōfuse ad distributionem de ly ente.

¶ Alius modus communis et verior (vt credo) dicit illam confusam non habere ibi suam vim: et ideo ꝑus ē descēdum sub ly ens disiunctiue q̄ talis ppō exponatur. Consequētis vero falsitas psuadetur sic / bñ valet. a. ens differt ab ente / ergo differēs ab ente ē. a. ens ɔña tenet dare. Ultra / differēs ab ente ē. a. ens: et nullum differens ab ente differt ab ente / quin illud sit ens / ergo omne differens ab ente ē ens. Consequens est manifeste falsum: ergo et añs: non secunda pars / ergo p̄ma: igit: et c.

¶ Tertio arguitur / non valet / plato possibiliter est: et plato possibiliter ē: et plato plr non ē plato ergo plato plr differt a platone: et tamē arguit p regulas: igit. Quod non valeat pz / supposito q nō sit absolutio a tēpore in de ēesse tertie exponentis. Nā tūc añs ē verū vt notū est: ɔñtia vero falsitas pz p falsitatem sue de inesse.

¶ Ad argumētum hoc simile est duplex modus dicēdi. Quidam siquidem asserunt prefatam exponibilem posse subsistineri veram et falsam: veram quidem si exponatur vt dictum est. Falsa vero erit si detur tertia exponens p copulam contradictoriam sic. s. plato impossibiliter est plato.

¶ Alius mod9 et verior dicit talem ppositionē prius debere poni in esse: eo quod ly plr p̄cedat: ac ꝑinde nō negatur. Et idem dicendum esset dato q ly possibiliter sequeret / quia sumeret in eodem sensu cum p̄dicto nisi dedita opera poneret: vt alius sensus in ea fieret. Et idem dicēdum ē de ista / sortes differt a platone. s. q debet poni in esse immediate. Si tamē modus ēēt vniuersalia vt ly implr et ly necessario / bñ possent ppositiōes vbi sūt ille modi immediate exponi. Unde hec / sortes necessario differt a deo: pōt sic exponi / sortes necessario est: et deus qui necessario ē ē deus: et sortes necessario nō est deus. Et hec / sortes est et fuit differens a leone: exponet sic / sortes est et fuit: et in eodem instāti omnis leo est: et in eodem omnis leo fuit: et sortes in eodem instāti nō erit leo: et in eodem instāti nō fuit leo. Uerum est etiam hāc posse exponi immediate. s. sortes fuit differēs a platone: si tamē in copulis exponētium ponāt determinatiōes tales: vt exponētes nō possint verificari p diuersis temporibus aut instātibus. Unde pfata ppositio exponet sic / sortes fuit: et simul tpe plato fuit: et simul sortes nō fuit plato. Similiter pōt poni loco de ly simul tempore ly in eodem instanti. Et aduertē q si ponat tibi casus vt non sit tempus vel instās / quod tūc ly instās vel tempus possunt dicere mēsuras imaginarias.

¶ Alij p̄fatam ppōnem sic exponūt / sortes fuit cum platone: et sortes fuit non plato: et c. Et oēs alias ppōnes exponunt p̄fato modo. Sed tūc aduertendum est qualiter ly nō infinitet in tertia exponēte. s. secundum exigētiam cōtradictionis vel simpliciter. Nam hec ppositio / sortes fuit differēs ab albo in casu q heri fuerit niger et nūc diu stertius albus: si in tertia exponente ly non infinitet secundum exigētiam contradictionis erit talis ppositio falsa: si vero simplr manebit vera. Atvero cum talis ppōn communi sensu appareat vera / dicendum est in tertia exponente negatiōnem debere infinitare simplr in illa et in alijs similibus. Et secū-

dum hūc modum hec ꝓpositio/a.homo differt ab animali poterit vt dictū ē exponi. Cuius tertia expons erit hec/a.homo non est animal.

¶ Dubitabis forsan hic/an ista propositio/ sortes et plato differūt a platōe/debeat imediate exponi/an prius debeat resolui illud plurale per singulare geminatum?

¶ Ad hoc breuiter dicit/illam esse immediate exponendam vt nō varietur illius acceptio vnica. Nā si platone vnice determinat totum copulatum virtualiter ibi inclusum: nisi forsan ꝑ pars resoluas illud plurale in hoc copulatū/differens et differens a platone: sed tunc propositio etiam resoluta deberet iudicari ꝑ exponentes q̄ debēt dari eodem pacto sicut si resoluta nō eēt: et non ꝑ suppositionem illarum partium copulati/quia non possunt apte earum suppositiones cognosci: nisi ī qualibet ponatur illa determinatio: et sic variabitur appellatio nisi forsan vellemus dicere sic debere ꝑtes verificari/ s.hoc est.b.differēs a platone: et hoc est.b.differēs a platone. Et pono ly.b.vt sensus sit/hoc est simul cum alio differēs a platōe: et sic illa ꝓpōsitio qua signatur plato eēt vera. Sed clarius et ꝑfectius veritas dnotatur ꝑ expositionem: vt dictum est.

¶ Dubitabis secundo/qualiter exponatur hec/brunellus et plato differūt specie?

¶ Ad hoc cōmuniter dicitur q̄ sic/plato est alicuius speciei: et brunellus est alicuius speciei: et plato nō ē eiusdē speciei cum brunello. ¶ Sed cōtra hoc solet argui. Bene valet/plato et brunellus differunt specie: ergo plato et brunellus differūt hac specie: et plato et brunellus differūt hac specie et c. ꝯñs ē falsum ḡ āñs. ¶ Ad hoc dicitur nō esse descēdendum copulatiue sed disiunctiue.

¶ Sed cōtra/descēdendo sic nulla descendēs dabitur vera: igitur solutio nulla. Patet hoc data vna/qr tūc vel demonstratur species humana vel equina. Si primum: ista exponens illius descēdentis.s.brunellus est istius speciei erit falsa. Si secundum/ista erit falsa/plato est istius speciei. ¶ Ad hoc dicūt aliq̄ ly istius speciei nō deberi poni in ambabus exponētibus. Sed sic exponētur illam.s.plato est istius speciei significata humana: et brunellus ē brunellus: et plato non est istius speciei cum brunello: Sed nō videtur rationabile dicere q̄ ly specie debeat poni in qualibet exponēti antequam descēdatur: et si prius descēdatur q̄ nō debet poni nisi in vna. Et ideo melius est dicere q̄ in talibus nō est licitum descendere/tum quia sic est acceptio vnica: tum quia cum illa sit exponibilis ꝑ copulatiuam: et ly speciei sequatur: prius debet resolui vniuersalitas inclusa in li differūt: qd̄ nō pōt fieri nisi prius exponatur.

¶ Dubitabis tertio qualiter exponatur ista/ sortes et plato differunt specie?

¶ Ad hoc aliqui respōdent eam esse distinguendam/ ꝓpterea q̄ sensus eius possit esse duplex. Alter ē/q̄ sortes et plato differant inter se. Alter vero/q̄ ambo simul differūt ab alio vel aliis specie. Sed melius dicunt alii ꝑmum esse sensum quem in rigore ꝓpositio illa gn̄rat in animo audiētis illam. Et sic illa est falsa sicut et hec/sortes et plato differunt specie inter se.

¶ Sed dices fortassis/contra bene valet/iste forme et iste materie differūt specie inter se: et iste forme et iste materie sunt sortes et plato: ḡ sortes et plato differunt specie inter se: aūs est verum (tenēdo totum esse suas ꝑtes) ergo et ꝯñs. ¶ Ad hoc negatur ꝯña: tum quidem quia ly inter se distributiue appellatur: nam ly se in aūte refert mutuo ly forme et materie: et in ꝯñte non: tum vero qr nō

bene concluditur maior extremitas de minori. Sed sic dicēdū est: ergo sortes et plato sunt differentia specie inter se/vel ponatur medium in conclusione vt omnino appellatio seruetur: et idem defectus committeretur si ly inter se non poneretur explicite/ꝓpterea q̄ ibi subintelligitur communiter.

Questio. 50.

Circa dicta de ly ita sicut/queritur/an sint recte dicta? Et videtur quod non: quia nō valet leo est album: et omne animal est album: et nullum animal excedit leonem/neq̄ exceditur ab eo ī albedine: ergo leo est albus sicut animal: et tamē arguitur ꝑ regulam igitur. Quod nō valeat pz in casu q̄ sint leones infiniti quorum vnus sit albus vt vnū. Sed vt vnum cum dimidio dimidiū: et sic in infinitum: aūs est verū et ꝯsequēs falsum. Veritas aūtis quoad duas primas exponētes nota est: quoad tertiam vero ꝓbatur: quia est vna copulatiua: cuius quelibet ps est vera. Et hoc patet: quia contradictorie talium partium sunt false: que sunt iste/aliquod animal excedit leonem/aliquod animal exceditur ab eo: et hec secunda equiualet huic/aliqd̄ aīal ab omni leōe excedit. Et q̄ iste sint false pz: addendo casui q̄ soli sint leōes prefati in mūdo: et sic falsitas ꝑme pz/quia nulla descendēs dat vera. Nō.n. poterit demonstrari vnum singulare omnem leonē excedēs. Nam si aliquod esset/illud esset vltimum: sed illud nō ē dabile: igitur. Secūde falsitas pz ꝑ idem. Insuper sm̄barū falsitas pz: qr ex eis posset deduci aliquid excedere seipsum.

¶ Ad argumētum igitur respōdet negādo minorē. Nō enim factus ē descēsus prius sub ly leo sicut opz/cum stet determinate. Insuper negatur veritas scd̄e ꝑtis tertie exponētis. Et ad ꝓbationem negatur falsitas sue cōtradictorie: et negatur q̄ equiualeat illi ꝓpositioni assignate.s.huic/aliquod aīal ab aliquo leōe excedit. Nā li excedo non distribuit nisi terminum significantem rem excessam/siue oratio stat ꝑ actiuam: siue per passiuam: dum tamen verbum precedat vt hic/exceditur animal a leone.

¶ Secundo arguitur/non tenet/sortes album nō est: vel plato album nō est: vel plato excedit sortem: vel exceditur ab eo in albedine: ergo sortes ita albus sicut plato non est: et tamen arguitur ꝑ regulam/ igitur. Quod non teneat pz: quia in casu q̄ solus sortes habeat albedinem ita intēse sicut plato: aūs est verum et ꝯñs nō. Veritas aūtis pz: quia due ꝑme exponētes sunt vere. Cōsequētis vero falsitas pz ꝑ veritatem sue cōtradictorie: que est hec/sortes omne ita album sicut plato ē: nec refert q̄ ly alb' stat masculinē ī ꝑma: qr pōt faciliter poni ly album loco illius.

¶ Ad argumētum respōdet negādo minorem. Non enim talis ꝓpositio ē exponibilis: sed eius veritas et falsitas (vt pz) ꝑ extremorum suppōnem iudicanda ē: sicut et huius/sortes incipiēs eē nō ē. Nam si posset exponi eēt sic/sortes nūc ē: et nō imediate āte hoc fuit/vel sortes est quod nūc nō est/et immediate post hoc erit/ sed hoc modo nō potest. Patet hoc: quia exponibilis dabit vera et exponētes false: si ponatur casus q̄ sol' sortes incipiat esse ꝑ vltimum nō esse: et sic veritas exponibilis est nota: quia eius predicatum nō supponit: et falsitates exponencium ex se patent. Est igitur etiam istius veritas et falsitas per suppositionem extremorū cognoscenda.

¶ Circa distinctionem positā in prima parte de ly ita sicut aduerte q̄ quādo dicitur q̄ in rebus sub

cipletibus magis ⁊ minus nõ dicit pfectam similitudinem: nõ debz intelligi tales res nõ esse pfecte similes/ quia hoc nõ intẽdit ibi: sed q̃ tunc ly ita sicut non debet exponi per ly nec magis nec minus. Nam vbi non potest esse maius nec minus / superflue negaretur ibi illa esse. Non autem inepte negaretur/ si vbi possint esse non sint.

¶ Amplius scito/ terminum signare rem nõ suscipientem magis ⁊ minus dupl'r posse esse. Uno mõ in omni re. Alio mõ in aliq̃ vl' aliquibus: exẽplum: fortis dictũ de patre ⁊ filio in diuinis signat rem nõ suscipiẽtẽ magis ⁊ minus: in nobis autem sic: ⁊ hoc sufficit ad hoc q̃ si terminis diuinis coniūgat' ly ita sicut dicat pfectam similitudinem. Et sic debet exponi sicut qñ dicatur de creaturis: eo quod in creaturis fortitudo suscipiat magis ⁊ minus. Si vero ly ita sicut adiungatur rei non suscipiẽti magis nec minus/ nec in / deo nec in creaturis/ tunc aliter danda est expositio/ vt in primo parte dictum est.

¶ Questio. xi.

Circa dicta de comparatiuis ⁊ superlatiuis/ querit' an illa sint vera: Et videtur q̃ nõ: quia nõ sequit'/ sortes possibiliter ẽ magn': ⁊ sortes pl'r est magnus: ⁊ sortes pl'r nõ est ita magn' sicut sortes: ergo sortes ẽ pl'r maior sorte: tamen argui tur ab exponẽtibus ad exponsibile: igit'. Quod nõ valeat pz/ quia añs est verum vt pz ponẽdo illas ppositiones inesse: ⁊ ɔ̃ñs impossibile: vt sua de inesse manifestat. ¶ Si forsan dicas (vt aliqui asserũt) illam non eẽ tertiam exponẽtem sed hanc/ sortes ipossibil'r est ita magnus sicut sortes. ¶ Cõtra hoc arguit' dupliciter. Primo: si possibil'r p̃cedit ly maior q̃: ergo negatio ibi inclusa: nõ negat ly pl'r: ergo nõ debet in tertia exponẽte sumi copula contradictoria. Secũdo/ si solutio esset vera/ sequeret' h̃ãc eẽ falsam/ dauid pl'r fuit fortior goliath: ɔ̃ñs nõ est dicẽdum: igit'. Cõsequẽtia tenet/ q2 tertia exponẽs erit falsa. Si vero dicas (vt alii faciunt) illam exponsibilem prius esse ponẽdam inesse q̃ exponẽdam. ¶ Contra/ ergo ista ppõ eẽt falsa. s. deus ẽ ⁊ pl'r nõ est creans: ɔ̃ñs ẽ falsum g̃ solutio nulla: ɔ̃ña tenz: q2 sua de inesse est impl'is.

¶ Pro huius argumẽti solutione sciẽdum/ q̃ in istis ppositionibus aliqñ ponit' vnicum verbum tantum: aliquãdo plura. Et si p̃mum cõtingat/ ⁊ verbum sit p̃sentis temporis non modificatum ⁊ terminus precedẽs sit resolubilis / tunc talis ppõ põt exponi immediate. Si vero p̃cedit terminus resolubilis. s. verbum modificetur/ aut nõ sit p̃sentis temporis/ tũc talis ppõnis veritas optime cognoscit'/ si p̃us resoluat' rõne termini solutione indigẽtis ⁊ postea ponat' inesse: ⁊ vltimo exponat'. Et sic hec ppositio/ michael erit beatior gabriele/ debet prius poni inesse ⁊ postea exponi. Et idem dicimus de ppositione de qua argui't. Si vero ponãtur duo verba: tunc vel ambo precedunt comparatiuum: vel vnum p̃cedit ⁊ aliud subsequit'. Si primum oportet talem ppositionem reduci ad copulatiuam vel disiũctiuam ex pte talium verborum: eo q̃ tũc debeãt coniungi p ly ⁊/ vel ly vel: ⁊ tũc quelibet ps exponi, put dictum ẽ. Si vero vnum v̾bũ p̃cedat ɔ̃pa tiuum ⁊ aliud sequatur tũc/ aut ambo sunt verba presentis temporis ⁊ nõ modificata: vel non. Si primum talis ppositio potest exponi immediate: vt si dicam/ sortes est albior q̃ plato sit niger. Qualiter autem exponi debeat hec/ in p̃mis pte pz. Si vero nõ sint p̃sentis temporis aut sint modificata/ nõ opz talem ppositionẽ reduci ad d̾ inesse. Uñ ista ppõ/ sortes erit maior q̃ erit plato nõ debet reduci ad hanc/ sortes est maior q̃ erit plato: nec ad hanc/ sortes est maior q̃ est plato: nec ad hãc/ sortes erit maior q̃ erit plato. Et ratio ẽ/ q2 ad veritatẽ illius ppõnis opz sortẽ in aliquo instanti esse magnum: tali quod post illud instans nunquam plato erit nec equalis nec minor eo. Nam ly erit vel tempus ibi inclusum distribuit' a ly q̃. Et nulla illarum de inesse illud requirit: ⁊ p̃ma ẽ falsa ante natiuitatem sortis. Et secũda põt eẽ vera in vno instãti post quod plato potest eẽ maior sorte. Et simil'r dicitur de tertia. Potest ergo ⁊ dz talis ppositio resolui ratione temporis aut instantis inclusi in p̃no verbo/ aut sic/ sortes in hoc instãti erit maior q̃ plato/ ⁊ hoc instãs est vel erit aliquod instans/ ergo sortes in aliquo instanti ⁊c. aut si mauis descẽde sub illa determinatione. Et similiter poteris descendere sub consimili determinatione in eius in scdo verbo copulatiue tñ/ quia distribuit'/ Poteris ergo illam ppositionẽ resolutam sic exponere/ sortes in hoc instanti erit magnus/ ⁊ plato erit ita magnus sicut sortes in isto instanti erit. Et aduertas vt in talibus ppositionibus in scda exponẽte nõ apponas ly simul. Nõ. n. illa simultas req̃rit' qñ ponunt' duo verba: put ibi fit/ immo sensus scde exponẽtis. s. istius/ plato erit magnus: ẽ quod plato erit magnus in instãti in quo sortes: vel in aliquo alio. Et tertia designat quod nec in illo nec in alio futuro erit ita magnus sicut sortes erit in illo instanti. Si vero vnicum tantũ verbum poneret'/ ⁊ velles ppositionem immediate exponere/ necesse erit tibi ponere ly simul. Uñ hanc ppositionem/ sortes erit maior platone/ sic poteris exponere/ sortes erit magnus/ ⁊ plato simul erit magnus ⁊ plato simul nõ erit ita magn' sicut sortes.

¶ Secundo arguitur/ non valet/ equus albus nõ ẽ: vel plato albus nõ ẽ: vel plato ẽ ita alb' sicut equus/ ergo equus platone albior nõ est: ⁊ tamẽ arguitur p regulas: igit'. Quod nõ valeat pz/ quia añs ẽ verum ⁊ ɔ̃ñs falsum: in casu q̃ tñ sit vnus equus qui sit omne albi' platone. Et quod tũc añs sit verum pz/ q2 p̃me due exponẽtes sunt vere/ quia ly albus vtrobiq̃ stat determinate. ¶ Si forsan dicas ly alb' habere p substantiuo in p̃ma ly equus ⁊ facere hunc sensum/ equus equ' alb' nõ ẽ: ⁊ simil'r dicas de secunda.

¶ Cõtra tũc dicam sit in exponibili/ equus est ens albius platõe/ ⁊ redibit eadẽ difficultas. Si forsan dicas illam debere exponi copulatiue. Cõtra: in casu q̃ sortes nõ sit in mũdo exponibilis tũc erit vera ⁊ nõ exponentes: igit' solutio nulla.

¶ Ad argumẽtum igit' dicit' talem ppositionem nullo modo eẽ exponẽdã/ sed eius veritas cognoscẽda erit p extremorum suppositionem vel p ascẽsum vel descẽsum sub ly ens albius / facto tamẽ p̃us descẽsu sub ly equus: quia stat d̾terminate. Nam vt pluries dictum est qñ t̾s stans d̾terminate p̃cedit signum exponibile p̃us debet descẽdi/ ⁊ intelligit' siue stet d̾terminate formaliter siue equiualenter. Unde in hac. s. homo ẽ fortior musca / prius debet descendi disiunctiue sub ly hõ: lz ly musca stet distributiue: q2 ẽ acceptio vnica.

¶ Tertio arguitur/ non valet/ omne totum est maius sua parte/ ergo omne totum est magnum: ⁊ oĩs sua pars est magna: ⁊ nulla pars est ita magna sicut suum totum: ⁊ tamen arguitur per regulas: igitur. Quod nõ valeat pz/ q2 añs ẽ verum cum sit principium mathematicum: ⁊ ɔ̃ñs falsum: vt pbat scda ex-

ponẽa. Et quod illa sit falsa p3: sua cõtradictoria est vera/ergo illa ẽ falsa. Cõsequẽtia ẽ nota ⁊ añs p3: q2 ista ẽ vera/aliqua ps nõ ẽ magna: ɔña tenet: quia magnum ⁊ paruum opponuntur.

❡ Pro huius argumẽti solutiõe sciendum: quod magnum ⁊ paruum possunt sumi dupliciter. Uno modo absolute. Alio modo respectiue. Si primo modo sumantur/tunc magnum dicit omne illud quod habet quantitatem debitam speciei in qua ẽ: ⁊ isto modo quodlib3 celum ẽ magnum: ⁊ infans põt dici paruus. Uñ dicit de redemptore nostro. Paruulus enim natus est nobis: ⁊ tunc ly paruus priuatiue opponitur ad ly magnus. Nam idem sonat quod non habens quantitatem quam debet habere in specie illa in qua est. Et sub hoc sensu nõ omne magnum ẽ paruum: nec ecõtra Alio modo sumunt illi termini relatiue: ⁊ tũc nõ inconuenit idem eẽ p̃uum ⁊ magnum respectu diuersorum. Immo cõsiderata ratione quãtitatis nil ẽ adeo p̃uum quin sit ⁊ magnum. Nam cum continuum sit diuisibile in infinitum/omne p̃uum põt habere minus respectu cuius dicet magnum. Non tamẽ sic ẽ de magno/nam ẽ aliquid adeo magnum vt nullius respectu sit p̃uum: vt ẽ celum empircum. Si vero loqueremur δ p̃to: cõcedendum eẽt idem quod de paruo dictum ẽ/eo q2 data quauis quãtitate deus possit creare maiorem Habent hec ex doctore sancto in p̃mo. dist. 17. q. 5. art. primo ad secundum.

❡ Ad argumẽtum igit negat maior: ⁊ ad p̃bationem negat añs p̃ scda p̃te/ Et dr̃ q2 in secũda exponente ly magna sumit relatiue: nam sic sumit in exponibili. Et ad eius improbationem negat ɔña. Nõ enim ex negatione vnius relatiui sequit positio alterius/nisi addat aliquid denotãs negationem fieri respectu eiusdem. Nõ enim valet/sortes ẽ pater: ergo sortes nõ ẽ fili⁹: bñ tamẽ sic/sortes ẽ pater: ergo nõ ẽ filius illius cui⁹ ẽ pr̃. Nõ dixi prius debere descẽdere: quia nõ erat difficultas circa hoc: licet melius esset descendere ⁊ postea expositionem dare.

❡ Sed contra dicta replicatur/illa exponi

bilis ẽ falsa/ergo male cõcessa ẽ vera. Hoc p3: bñe valet/omne totum ẽ maius sua p̃te: ergo omnis p̃s ẽ minor suo toto: ɔñs ẽ falsum: ergo ⁊ añs. Cõsequẽtia ẽ euidẽs/⁊ ɔñtis falsitas p3 p̃ exponẽtes. Nam scda exponẽs ẽ falsa/siue descẽdas sub ly p̃s siue nõ. Hoc p3/ q2 ista ẽ sua scda exponẽs/omne totum ẽ p̃uum q̃ ẽ falsa/vt p3 descẽdendo ad celum empireum. Nam illud nec absolute nec relatiue ẽ p̃uum: vt p3 ex dictis. Si dicas verũ eẽ in actu nõ tamẽ in potẽtia/põt. n. creari mai⁹ corpus. Cõtra/volo illam p̃positionem intelligi δ p̃tibus ⁊ totis actualr̃ existentibus: ex quo null⁹ terminus ponitur ibi ampliatiuus.

❡ Ob hãc ergo replicã m dicit talem p̃positionem aliter debere exponi. Nam sensus eius nõ bñ elucidatur p̃ exponẽtes que communiter dant: nõ enim illa p̃põ denotat omne totum eẽ p̃uum/sed q2 omne totum excedit suam p̃tem. Uñ videt mihi sic posse exponi. s. omnis p̃s ẽ quãta: ⁊ omne totum ẽ quãtum/⁊ nulla pars ẽ tãta quantum ẽ suum totum. Uel dẽt sic tertia exponens/omne totum excedit in quãtitate suam partem: ita vt nõ ponat ly magnum aut ly p̃uum in exponentibus vt alij faciunt. ❡ Sed contra/adhuc illã sic exponendo ẽ falsa: igitur solutio nulla. Antecedẽs p3/q2 materia ligni ẽ adeo magna sicut totũ lignum: ⁊ ẽ eius pars: igitur. Antecedens patet/quia materia ẽ quãta secundum nominales/quia ẽ sua quantitas: ⁊ secundum reales sufficit eam dici quantam: ratione q̃ntitatis totius: igitur ⁊ cetera.

❡ Pro huius solutiõe sciẽdum/ an aliquo toto (p̃ut in p̃posito sufficit) triplices repiri p̃tes. s. essentiales ⁊ quãtitatiuas: ⁊ integrales. Essentiales vocant materia ⁊ forma. Quãtitatiue vo sunt due medietates tres tertie ⁊c. ⁊ similiter p̃tes proportionales. Integrales (p̃prie) dicuntur partes differentes inter se specie accidentali constituentes totũ sicut caput/pes/man⁹

❡ Dicit ergo ad argumẽtum/ p̃positionem illam nõ intelligi de p̃tib⁹ eẽntialibus/nec secũdum reales/nec s̃m nõiales: sed de alijs duab⁹ põt intelligi. Si aliqs vero vocet materiam quãtitatiuã: eo q2 sit sua q̃ntitas s̃m nõinales: vel q2 δ p̃ alterũ põt dici quãta s̃m reales disputatio erit de nomine.

